

Notes du mont Royal




www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.


SOURCE DES IMAGES
Google Livres

3.

ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΣ
ΔΙΔΑΣΚΟΜΕΝΟΣ
PHILOPATRIS
DIALOGVS LVCIANEVS
DISPV TATIONEM
DE ILLIVS AETATE
ET AVCTORE
PRÆMISIT
VERSIONEM AC NOTAS
ADIECIT
M. IO. MATTHIAS GESNERVS



IENÆ
APVD IO. FELICEM BIELCKIVM
MDCCXV



VIRO
MAGNIFICO SVMME REVERENDO
ATQVE EXCELLENTISSIMO
IO. WILHELMO
DE LITH
THEOLOGIAE LICENTIATO
SACRORVM IN VRBE TOTAQVE ADEG
DITIONE ANSPACENSI
PRAESVLI GRAVISSIMO
IN SENATV PRINCIPALI ECCLESIASTICO
SENATORI SANCTISSIMO
PATRONO O. M.

OBITVM
OCVEMBERE BIS MVRIS COIBIVM
TVM
GARIBOLDI HABENS C. 1707.
VIRTO

O MAXIME REVERENDO
ATQVE EXCELLENTISSIMO
G E N I C O L A O
K O E H L E R O

ECCLESIAE SYDAGENSIS ANTISTITE
ET REVERENDI CAPITVLI
DECANO DIGNISSIMO
CHURCHWARD PUEBLI
PATRONO AC PRAECEPTORI
CAETERA PLENTATES COLENDO
OMNIS UTINAM PROTAG

M . O . O K O S T A S

HOC QVIDQVID EST ACADEMICAS
LVCVERATIONIS

SACRVM DICATVMQUE ESSE
VOLO

ET

HANC QVASI TABVLAM AETERNI ERGA

ILLE OS
OBSEQUII
PIETATISQUE INNVMERABILIBVS
IPSORVM MIGRA
PROVOCATAR BENEFICIIS
AC NVNQVAM INTERMORITVRAB
INDICEM PARITER ATQVE OBSIDEM
DEVOTAMENTE SVSPENDO

TVM QVAE NVPER

VTRISQUE
NUMINIS PROVIDENTIA
VOLVNTATE PRINCIPIS

CERARIA DE CAVIA .01

EX SENTENTIA BONORVM OMNIUM
IPSORVM
SVMMIS MERITIS
DIGNITATIS HONORVMQVE ACCESSIO
FACTA EST
SAM ACCESIONEM
PATRIAE
ECCLESIAE
IPSIS
FELICEM FAVSTAM FORTVNATAMQVE ESSE
VOLO IVBEOQVE
TANTORVM NOMINVM
ANNO MDLXV
ALVVS DEVOTVS CVLTOR
IO. MATTH. GESNERVS

... MO REVERENDA AVTQVIAE
HOC QVIDQVID EST ACADEMICAS
LVCVERATIONIS

SACRVM DICATVMQUE ESSE
A VOLO

ET

HANC QVASI TABVLAM AETERNI ERGA

ILLEOS
OBSEQUIT

PIETATISQUE INNUMERABILIBVS

IPSORVM AT MIGRA
PROVOCATAE BENEFICIIS
AC NVNQVAM INTERMORITVRAB
INDICEM PARITER ATQUE OBSIDEM
DEVOTAMENTE SVSPENDO

TVM QVAB NVPER

VTRISQUE
NVMINIS PROVIDENTIA
VOLVNTATE PRINCIPIS

CONGRATULANTIA .01

EX SENTENTIA BONORVM OMNIVM
IPSORVM
SVMMIS MERITIS
DIGNITATIS HONORVM QVE ACCESSIO
FACTA EST
EAM ACCESIONEM
PATRIAE
ECCLESIAE
IPSIS
FELICEM FAVSTAM FORTVNATAMQVE ESSE
VOLO IVBEOQVE
TANTORVM NOMINVM
I. C. G.
ALIO DEVOTVS CVLTOR
IO. MATTH. GESNERVS



PRÆFATIO.

Perum LUCIANI SAMOSA-
TENSIS nullam abhuc dum edi-
tionem proditam esse dignam cul-
tissimo scriptore, quique, sive Attic
e vim eloquentiae, sive tole-
pudicac incredibilem plane spectes, acqueas
forte a passis, supereretur a nemine, iam ab aliquo
tempore viris doctis mirabile visum est. Ver-
siones etenim, licet a doctissimis aliquot aetatis
suae viris profectae sint, parum accuratas, con-
textum ipsum librariorum veterum pariter ac
recentiorum mendis flagitiosissime oppletum, no-
tas parca nimis manu a viris summis allatas,
neque illas in unum corpus collectas, omnes, quib
aliquid de his literis iudicare possunt, agnoscunt.
Atque hoc cum uniuscum verum est, cum imprimis
de Philopatride Dialogo, qui inter LUCIANI
opera edì solet, verissimum. Interpretatio, quae
extat, saepe incepta, contextus Graecus pittoresco
excusus, tenebris & squalore omnia plena. Ne-
que enim IO. GE. GRAEVVS, aut IAC.
GRONOVIVS, duumiri rei literariae com-

situendae, * veteribusque Scriptoribus emaculandis, aut, qui aetate hos, non meritis, antecedunt, IO. BVRDELOTIVS, ** vel IACOBVS PALMERIVS, † aut ab aetate nostraremotiores, IO. BRODAEVVS *** vel PAVLLVS LEOPAREVVS, **** qui omnes, ut reliquos raceam, pluribus locis auxilio SAMOSATENSI fuere, aut denique IO. IENSIVS, ***** qui quam praeclare instructus esset, ad salutem & deus huic auctori restituendum, satis ostendit, aliquid opis suae in hunc Philopatrin contulerunt. Cum igitur non ita pridem in eum incidisset, bis ac ter legeram, cum nondum, quid sibi vellet auctor, satis intelligerem. Ipsa autem difficultas, siue ea ab ingenii nostri hebetudine, siue a scribagine ipsius auctoris orta est, tantum absuit, ut me deterreret ab eo legendo, ut potius magis etiam accenderet. Erat, quod amplius augeret illam cupiditatem. Videbam nimirum, Theologos saepiuscule ad hunc Philopatrin protocare, siue dogma de SS. Trinitate contra Aria-

* Quorum notae in calce editionis Amstelod. comparent.

** Cuius notae textui edit. Amst. subiectae sunt.

† Cuius iidem quaedam, ex exercitationibus ad optimos scriptores Graecos excerpta, Belgarum editioni inserta sunt.

*** In libris emendationum & miscellan. T. III. facis Grut.

**** In Miscellan. To. II. facis Grut. imprimis que T. III. habentur.

***** In Lectionibus Lucianis, quae prodiere Haagae 1699. 8.

Arianorum Photinianorumque strophas vindi-
dcent *, siue de templorum imaginumque
apud Christianos antiquitate ** inter se disce-
pent. Cum vero diligentius considerare hanc
commentationem coepisset, mox euidem depre-
hendi, verba & phrases SAMOSATENSIS
me legere; sed nescio quid ab amoenitate ingenii
Lucianei, & in sententiis, & in verborum infle-
xione, alienum sentire mibi visus sum. Deinde
magis magisque inquirenti subnatum est, quod
iam Tecum, Beneule Lector, communico.
Specimen profectus mei publicum edendum erat:
non dubitavi igitur cogitationes meas de auctore
& aetate Philopatridis, certa ratione dispositas,
& quantum per angustias nostras licet, expeditas
in dissertationem nuper iam separatim editam con-
cicere: iam vero dialogum ipsum versione nostra &
notis, quantum fieri potuit, explicatiū damus. Con-
textum autem repraesentauī non qualem voluiss-
sem, sed qualem potui. Quin enim multis locis
ad huc corruptus sit, vix dubito: mutare autem
quidquam, praeter operarum manifestaria delicta,
in tanta veterum exemplarium inopia, religiosa
fuit. Imprimis cum ipse auctor suam toties in-
scitiam prodat, ut dubitare necesse sit, ipsine an-
librariis ineptae lectionis culpa tribuenda sit.
Versionem, quantum potuimus, ad auctoris ge-

)(5 nivis.

* Vid. §. 30. Diff. nostrae.

** Vid. §. 27. Add. IVSTVS HENNING. BOEHMERVS
diff. II. iuris Eccl. antiqui §. XIII. p. 52. sq. Vbi
refutat Ios. MEDVM:

nium attemperauimus; ut, si posset fieri, & sententiam illius assequeremur, & verba non negligemus: & cum mirum in modum poëtetur noster, etiam hac parte sequi illum studuimus. In notis potissimum id attum est, ut quae ab aliis, LVCIANO præsertim SAMOSATENSI, (a quo omnia fere habet) sumisset auctor, ea suis restituueremus dominis, si quidem cogniti nobis essent. Fieri enim potuit, ut aliqua nos effugerint. Speciarum Homericarum quaedam omissa, suspicor, cum Seberianus in illum Index ad manus non fuerit. Si in LUCIANI similibus locis congerendis superficiosus alicui videar, is cogitet, mea interfusse, ut similitudinem inter auctorem Philopatridis, & SAMOSATENSEM illum, demonstrarem.

Poteram hic definire, nisi opus videretur, ut ad quaedam, quae contra sententiam de auctore & aetate huius dialogi obiici possunt, quaeque primum non succurrebant, respondeam.

Primo igitur doctissimus Annalium Ecclesiasticorum & Politicorum conditor BASNAGIVS,* ut fortius occurreret BARONIO, qui templum sive basilicam in Philopatride subdoprebendisse videbatur,** negat omnino, Christianos sub finem dialogi notari, tanquam quia mala rei publicae & Imperatori omninarentur, sed aliquot nescio quos Mathematicos. Quod si

* ad A.C. 219. av. 3. p. 267.

** vid. diff. nostra s. 27.

verum est, tota nostra sententia corrut necesse est, de Philopatrie, IULIANO imperante, ad insectandum Christianos scripto. Videndum igitur ecquid solidi subsit. Mathematicos, id est Astrologos significari, inde probat vir doctissimus, quod de phaenomenis caelestibus, eclipsibus nimirum, oppositionibus, coniunctionibus, CRITIAS illos interrogat*: de his autem Mathematicos interrogari, non Christianos. Quin aperte obiciere Sophistis, quos vocat, CRITIAM, non rete eos Mathematicam asselutos. Mathematicos autem & Christianos simul esse non potuisse, productis TERTULLIANI, GREG. NAZIANZENI, EPIPHANII, testimonii confirmat **. Deinde alia etiam ratione probare vult, Christianos non intelligi. Nimirum TRYPHON, (ita scribit pro TRIEPHON) cui auctor Christiani personam imposuit, pallidos homines, quos in aurata domo CRITIAS inuenierat, verbis amaris incessit, & mente pariter ac sententiis detonos illas appellat***. Hanc iniuriam illis non facturum fuisse TRIEPHON TEM putat, si pro consecratis suis habuisset. Epiphonema subiicit: egregios vero Christianos, qui pessima optarent &c. Haec eiusmodi sunt, quae fucum forte ius facere queant, qui non totum dialogum attente legerint, nos a sententia domouere neutiquam possint. Primum
esse

* p.777. c.19.

** Vid. quae nos ad locum iam citandum.

*** p.778. c.21.

esse Mathematicos, in quos inuehitur sub finem
dialogi au^tor, tantum abest, vt loca a BASNA
GO allat*i* probent, vt potius rem aliter se habe-
re, ex illis ipsis, saltem ex posteriori haud obscure
appareat. In hoc enim clare dicit CRITIAS:^{*}
§ τὴν πολυάσχολον μαθηματικὴν κατωρθῶσα-
τε. εἰ δέ γε μαντείας καὶ χορτείας κ.τ.λ. Mi-
ratur nimirum, vnde ista somnia, uti vocat, &
nugae de rebus futuris originem apud illos acce-
perint, & remouet primo Mathematicam sive
Astrologiam, negatque illius ope innotescere talia
illis potuisse: deinde ait, si aliis vaticinandi arti-
bus praeftigiisque imponi sibi passi essent, duplo
maiorem etiam stoliditiam eos prodere. Denique
qui hic irridentur, aliam longe futura cognoscendi
viam ipsi commemorant, ** decem dierum ieiuni-
nia, & nocturnos hymnos; non artem ali-
quam crepant, aut influxum astrorum. Illae de
taelestibus apparentiis interrogations, vt cuius
consideranti patebit, totae ad risum iocumque
compositae sunt, quibus configendis occasionem
force dedit vox cœpobatælii aliquoties ante adhibi-
ta. Epiphonemate illo BASNAGO minime omnium
moueri debemus. Primo enim, qui Christianos
hic peti dicit, is non ideo veras esse illas accusatio-
nes afferit; quin calumnias bonam partem esse,
non est dubitandum. Deinde, fuisse tum inter
Christianos, qui occasionem his maledictis dare
potuer-

* P.778. c. 29. s. 3. n. 11. l. 1. 1. 1.

** P.778. c. 21.

potuerint, in dissertatione* ostensum est. Neque vero alterum BASNAGII argumentum magnam viam habet. Verum est, ab initio dialogi TRIEPHONTEM ut Christianum introduci, qui CRI-
TIAM de religione instituat **: sed neque illud negari debet, ipsos sermones, quos in TRIEPHONTIS personam auctor contulit, tales esse, ut apparcat, cum deridiculo Christianam fidem habere. Igitur Magistrum suum vocat Γαλιλαῖον, ἀντὶ Παλαιᾶς, Στίππιρον, τὸν τεῖτον βραχὸν αἴροθαῖσαν, quae omnia profecto ad risum captandum perti-
nent: MOSEN per sciamma vocat Βραδύγλωσ-
τον, & quae sunt alia; ut adeo mirum non sit, si idem, qui modo per perulantiam Christianae reli-
gionis doctorem egerat, paullo post aperta conuicia
in Christianorum quosdam dicat. Caeterum de
Christianis in ultima Philopatridis parte agi,
praeter ea, quae de statu illius temporis, quo scri-
ptus hic dialogus videtur, in dissertatione dicta
sunt, inde etiam fit probabile, quod inter eos
fuisse peribentur detonsi, ex montibus adue-
nientes, male vestiti, nudo capite pariter ac
pedibus***, quae descriptio aptissime in ascetas
& monachos, quorum iam tum numerus satis ma-
gnus erat, couenit. Cantiones nocturnae ie-
junia, reuelationes, quorum itidem mentio
fit ****, Christianis fere propria sunt, & in notis
osten-

* S. 34. 35.

** p. 770. c. 10. sq.

*** p. 775. c. 16.

**** p. 778. c. 21.

offensum est, speciatim **IVLIANI** temporibus in
dīs fuisse.

Aliud occurrit, quod obuerti sententiae no-
strae possit, breviter hic diluendam. Scilicet non
Christiani tantum irridentur hoc dialogo, sed
gentilium etiam Deastrī acerbissime priori eius
parte perstringuntur. Videri igitur alicui possit,
illum non esse scriptum in **IVLIANI** gratiam, cui
minime omnium probari Numinum suorum inse-
statio potuerit. Sed plures hic sunt elabendi viae.
Forte auctor, ut aegre faceret Christianis, exos-
que illos magis **IVLIANO** redderet, quibus lu-
dibriis auta numina traducerent, in **TRIE-
PHONTIS** persona repreaesentauist. Forte au-
tor, cum sibi **LUCIANVM** suum non tam imi-
tandum quam exscribendum proposuisset, flosculos
eius bac in parte consecutatus est, & verborum
amoenitate dulcis ipsas etiam sententias impro-
uide assunxit: quales hodiennum errores ab ineptis
hominibus, quorum numero nostrum vix quis-
quam exigendum censem, committi interdum,
constat. Sed si vel sciens prudensque fecit, ta-
men timendum ei non erat, ut **IVLIANVM**
offenderet, ut qui ipse absurdas de Diis fabulas,
a Poëtis ad res sublimiores sub iſtis quasi symbolis
repreaesentandas, putabat esse confictas.* Quin
ipſe

* e.g. Or. in Matrem Deorum p. 170. Veteres, ubi
iaueſtigata a ſe rerum principia deteſſiſſent,
ἐπειδή τοῦτον δύος παραδόξους, ἵνα
diſt τοῦ παραδόξου, καὶ ἀποφαίνονται.

ipse falsis iacis in Deos illos διαπολέμει*, ut
adeo ab ira eius ob laesam fidelium numinum
maiestatem metuere sibi auctor Philopatridis
non debuerit. Vnum superest quod moneam.
In dissertatione** quaedam de TIBERIANI
ad Imp. TRAIANVM epistola disputata sunt.
Deprehendi autem postea apud laudatim aliquo-
ties BASNAGIVM ***, HENRICI DODA
WELLI quaedam argumenta, quibus vndeias
eam epistolam arguit: quae ut omnia iam ex-
aminare non vacat, ita quod secundo loca pro-
posituit, minime videtur contemnendum, ubi sup-
positionis indicium ait vir famus, Palaestinae
prima mentionem in epistola facit.
IACOBVS enim GOTHOFR ED VS **** probatum dedit, eam diuisiōnē Palaestinae in
pri-

τὸ πλάσμα Φωραθὲν, ἔπει τὸ ζῆτησιν
ημᾶς τὸ ἀληθίας πειθέψυγ. Ita oratione
in Solem p. 136. ἄπιστη καὶ παρεόδοξα πο-
νηκῆς Μάστις αἴρουμata vocat, quae de
συνδοιασμῷ & γάμοις Deorum dicantur a-
pud HOMERVM.

* In illius Caesaribus Diuus Marcus ut se Deorum
imitatorem probet, illorum corpora τὸν τὸν
δυμιάσων τροφῆς indigere asserit, & Louis
exemplo (Il. 8. 897.) indulgentiam erga Com-
modum suum tuetur. In fine huius Commentarii
τρυφὴν & αἰσθήτας Deas communiscentur. &c.

** s. 38.

*** Annal. Eccl. Polit. ad A. c. 117. nr. 4.

**** ad l. 3. C. Th. de protochristia.

primam, seu specialiter dictam, secundam & tertiam, seu salutarem, aut extremis THEODOSII M. aut primis ARCADII temporibus fuisse institutam. — Ceterum parum ad rem nostram facit, seu genuinam cum VSSERIO & PEARSONIO * putemus dictam TIBERIANI epistolam, sive quod DODWELLO placet, pro supposita & conficta habeamus. Eo minus igitur necesse est ut dintius te, B. L. in vestibulo detineamus.

* Quos nominat BASNAGIVS l.c.

DE
AETATE ET AVCTORE DIALOGI
LVCIANEI

P H I L O P A T R I S
INSCRIBITVR
DISPVATATIO.

I.

 Vo tempore , quoue scriptus
auctore esset dialogus, qui Philo-
patridis nomine, inter Lucia-
ni libellos , a librariis collocari
solet , diu multumque a do-
ctissimis hominibus disputatum est , neque
hodie satis quidquam certi , quod ego qui-
dem sciam , est a quoquam prolatum . Me
vero aliquid , quod certum sit , omnique ca-
reat reprehensione allaturum , sperare non
ausim : ecquod tamen fecerim · pretium
operae , tu , si quis nobis obtinges , Lector ,
iudicabis .

II.

Praeter illos autem , qui cauent sibi , ne
quid in re tam obscura affirment , quorum
pauci forte sunt , tres imprimis video de
auctore atque aetate Philopatridis senten-

A tias,

tias, singulas, si auctoritatem virorum doctorum species, qui eas defendendas suscep-
perunt, haud improbables, easdem tamen,
saltem duas, si rem ipsam demis auctori-
bus consideremus, difficultatibus pressas vix
elucentur. Sunt enim, qui Luciano au-
ctori tribuendum putent; malunt alii an-
tiquiprem Samosatensi credere, quin ad Ne-
ronis usque tempora retro ascendentis pa-
rentem deformi foetui quaerunt; alii de-
nique iuniorem Luciano, quin ipso tertio
post C. N. seculo inferiorem ut statuant,
adduci se patiuntur. Nos in re ardua ita
versabimur, ut primo sententias aliorum pro-
ponamus, quam fieri poterit perspicue, ad-
iectis simul caussis, quas vel allegant ipsi, vel
quas videntur illos, ut ita sentirent, induxis-
se; tum quae contra hos ab aliis disputatione,
vel dici nostra opinione possint, sine cuius-
quam insectatione modeste indicemus; de-
nique ut nostram de tota re sententiam &
exponamus breuiter, & argumentis pro viri-
li parte adstruamus.

III.

Igitur qui Luciano tribuunt scelerati
partus exclusionem, ab illis ne exigendam
quidem esse probationem, videri alicui
queat: cum, quod inter reliquas eius viri
commentationes compareat, ex eo ipso satis
constet, nisi sit, qui meliori iure eum sibi
vindicet, illius esse, cuius per tot annos fuit
pos-

possessio. Plurima enim esse plurimorum auctorum scripta, quae eorum, quibus tribuantur, esse, nullo alio argumento probentur, quam quod inter reliqua ipsorum scripta referantur. Atque haec cum ita sint, accedere, quod argumentum tale huius dialogi sit, quod a dicacitate Luciani & omnia insectandi libidine non abhorreat. Olim enim effecisse Samosatensem illum scurram, ut, si quid in re graui ridiculum, in seria ludicrum, in honesta denique contumeliosa dictum appareat, id haud male, nec leui conjectura ad ipsum auctorem referatur. Neque Christianis pepercisse, sed in ipsos etiam maledicium strinxisse calamum, vel Protea, seu de morte Peregrini dialogum luculentiter admodum testari. Maximam autem omnium fidem huic sententiae facit mira phrasum, sententiarum, earum etiam, quas ex Homero solet depromere, totius denique oeconomiae, quam vocant, & dispositionis conuenientia: quae quidem tanta est, ut vix phrasis vel sententia in toto hoc dialogo occurrat, quae non semel, aut saepius etiam in reliquis, quae Luciano nemo abiudicat, deprehendatur; oeconomia autem seurdispositio dialogi, ei, quam in Nigrino ille adhibuit, magis similis sit, quam ouum ouo est simile, de qua quidem conuenientia infra adhuc erit dicendi locus.

III.

Iam victoria illa de Persis, cuius sub finem dialogi opinacion quasi quoddam a superueniente Cleolao canitur, nihil vetare dicit celeberrimus FABRICIVS, * quare non sit eadem, de qua Marcus Antoninus & Lucius Verus triumpharunt A. C. 166. Vir doctissimus DAVID BLONDES LVS, ** quem laudat FABRICIVS, Anno March quarto, inquit, Christi 164. Macrino & Celsa Coss. Seleucia cum trecentis hominum millibus, & Ctesiphontis regia Veri nomine per Cassum excisa, prisco vere Persarum supercilio nubem ademit Verus, cui spe falsus inant Susae & Arabiae excidium. Scytbit arunque excursionum cessationem (in bellum Marcomannicum, dum Partibcum geritur, natum, intentus) spondet Cleolaus. Nihil itaque nos cogit, quae Luciano viuente & spelante confecta sunt, ad alium auctorem referre. GEORGIVS vero BULLVS *** ingens, dum viueret, Angliae suae ornamentum, laudante iterum celeberrimo FABRICIO, praeter victoriā de Persis Marco Antonino imperante reportatam, eandem nimirū cum hac, quam celebrat Cleolaus, illud insuper monet, quae de malorum praedictionibus dicantur in Philopatride, illa apprime etiam in Diui Marci tempora conuenire. Huc enim

* in immortali opere Biblioth. Gr. L. iv. c. xvi.
p. 504.

** de Episcopis & Presbyteris p. 227.

*** Defens. Fidei Nic. Sect. ii. c. iv. s. ii. p. 73. seq.
ed. Grabii.

enim pertinere, quae **SEXTVS AVRELIVS VICTOR** habet in epitome: * *Marcus Antoninus virtutum omnium caelestisque ingenii exstitit, acerun- quisque publicis quasi defensor obiectus est. Etenim nige ad illa tempora natus esset, profecto quasi uno lapsu ruse- sent omnia status Romani. Quippe ab armis nequam gues erat; perque omnem Orientem, Illyricum, Italiam, Galliamque bella feruebant; terrae motus non sine inter- ien cimicatum, inundationes fluminum, lues cerebræ, locu- farnum species agris infestæ, prorsus tamen prope nihil, quo summis angoribus accerti mortales solent, dici seu cogitari queat, quod non illo imperante facuerit.* Nempe haec esse illa mala, a sacerrimis sophistis, ut appellat sacerrimus nebulae Christianos, praedicta.

V.

Hæ igitur & aliae forte rationes per- mouerunt viros doctissimos, ut Luciano assererent Philopattin: quorum senten- tiae calculum etiam suum adiicit **T H O. GATTACKERVS, ** STEPH. LE MOYNE, *** & plures, quorum iam inire numerum nihil attinet.** Si qui ex antiquioribus Luciani domine laudant nostrum, ii forte non alia ratione inducti, quam illa, quæ primo loco est a nobis allata, id fecerunt: Huc & **THEOPHILVM RAYNAUDVM** refero**** **RIGALTIVMque, ***** de quibus forte**

A 3

in-

* p. m. 336. in Antonino Philos.

** De stilo N.T. cap. ix. init.

*** Notis ad Varia Sacra P.I. T. II. p. 186. seq.

**** Eretomatt. de libris bonis & malis p. 195.

***** ad Tertulliani librum de oratione, sub init.

infra erit aliquid dicendum. Alterius auctem sententiae, ad quam age, progrediamur, adeo sunt infirmæ rationes, adeo difficultates magnæ, ut eam paucioribus sese probasse, mirum non sit.

VI.

Neque vero ipsi inter se conueniunt huius opinionis auctores. Est enim qui ita putet Luciano maiorem Philopatridos parentem, ut ipsum Neronem aetate credat attigisse. Nimirum THEODORVS MARCI-LIVS, cuius verba ad principium Dialogi in editione Belgarum nouissima posita sunt, postquam, Lucianum non potuisse Paulli Apostoli fuisse discipulum, nec proinde Philopatridis auctorem (ut qui Paullum magistrum laudet) probauerat, Saperdae autem prorsus illi sunt, inquit, qui propter ea quae in extremo dialogo isto de Babyloniis, Aegyptiis, Persis, Scythis Verba sunt, huiuscēdē distortissimi fœtus parentem ad tempora Imperatoris Traiani referunt, cum ea magis in Neronis aut etiam Claudii pertinere posse, qui quis facile locio non vilitans peruidet. Plane quidem, qui qui tam belli pueri pater est, Neronis Principatu cum suscepit. Haec ille satis quidem dictatorie. Sunt tamen, qui Saperdarum nomine nihil moti, Traiano imperante scriptum esse Philopatrin, his imprimis rationibus contendunt. Primo manifestum illud esse, quod Paulli Apostoli se discipulum profiteatur Tripho: eo enim referunt, quae ille ait: *

Hvi-

* p.770. c.10. ex nostra diuisione.

Ηνίκα δέ μοι Γαλιλαῖον ἐντυχεν, αὐτὸν φαλα-
ῦας, οὗτορινθον, ἐς τρίτον ὄργον δερεβαζούσας,
ηγάπε τὸ καλλιστα σκηνεμαθηκώς, δι' ὃδας ημᾶς
ἀνεκαίνως, ο. τ. λ. His adeo clare putant
Paullum Diuum significari, ut id negare vo-
lenti frons periisse dicenda sit: iam vero in-
ter magistri mortem, atque hunc sermonem
discipuli plus xxxx annis ad summum inter-
cedere non potuisse, nisi decrepitum senem
Triephontem, cum haec loqueretur, fuisset,
dicere velis. Victoriam, quam celebrat in
fine dialogi Cleolaus, eam esse, de qua Tra-
ianus triumpharit. Et profecto tum reli-
qui scriptores, qui eorum temporum histo-
riam literis consignarunt, victorias illius im-
peratoris celebrant, tum R V F V S F E S T V S *
ita singula complectitur: Traianus, qui post
Augustum Romanae reipublicae monit lacertos, Armeniam
recepit a Parthis. Sublato Diadema το regi Armeniae ma-
ioris regnum admisit. Albanis regem dedit. Iboros, Bos-
porianos, Colchos in fidem Romanae ditionis recepit. Os-
roenorum loca & Arabum occupauit. Cardenos, Marco-
medos obtinuit. Antemusum optimam Persidis regionem,
Seluciam, Ctesiphontem & Babyloniā accepit, & tenuit.
Usque ad Indiae fines post Alexandrum accessit. In ma-
ri rubro classem instituit. Provincias fecit Armeniam,
Mesopotamiam, Asyriam, reliqua. Haec compa-
rare iubent alterius Patroni sententiae, in
qua declaranda iam versamur, cum fine Philo-
patridis, & clarum fore existimant, de
vna re utrosque auctores loqui. Denique,

cum quaedam sint in Philopatride, quae in Lucianum auctorem parum videntur conuenire, ut stili ipsarumque sententiarum ineptiae, maior item Christianarum rerum, quam ille alias ostendit, notitia; (de singulis autem deinde latius disputabimus) iis omnibus suam mirifice confirmari sententiam existuant.

VII.

Verum enim vero quo antiquorem aliquis hunc dialogum statuit, eo magis falli necesse est. Nam, (vt quam sententiam posteriore loco recensuimus, eam, ceu minus probabilitatis habentem, prius refutemus:) antiquitas Luciani aevo, quin Traiani maior quibus argumentis probatur, ea paruo impulsa momento ruunt. Quid enim? Triephontis magister laudatur Γελιλαῖος, αἰσΦαλαῖας, οὐπίρινος, ἐτέρων εὐγενούς ερβαζίους; Diuus igitur Paullus intelligendus necessario est? Quid enim vetat, quemvis alium hac descriptione signari, recaluastrum nasonem, mysteriorum cognitionem de se, ex vero forte, praedicantem, quam comica phrasi ad raptum illum Apostoli nefarie accommodata noster περφεγέσι. Quid vetat, si concedamus etiam, corporis & oris habitum, qualis hic describitur, Paullo fuisse, (quod vix tamen probari posse puto) imaginem summi Doctoris a scurra visam esse, cumque deinceps, vt proterius Christia-

stianos infestaretur, hoc schismate imaginum suum deridendum alii propinasse? DAVID BLOMDELVS, * quem paullo ante laudauimus, contra eos, quibus Galilaei reculaugri, nossonis, ad istumque eisque caelum rapti, discipulum professus Tycopho & Paulum innuere videtur, ita disputat: His argumentis, (quae nimurum allata iam iam a nobis sunt) persuaderi me non posse facio, (ut credam, Philopatrin ante Luciani actatem scriptum.) Ut enim nullum Luciani detate Pauli audieorum superfluisse largior lubens; nec Paulum Tarsinatum Galileum dici debuisse constat: Strumque ad manus Christiansorum rerum ludibriis a Luciano efflumus, non est quod negamus. Sed quod est de imagine Apostoli, quam visam forte ab auctore dixi, non possum pati, quin, quod paullo ante promisi, de THEOPHILo RAYNAVDO aliquid dicam. Is ** in ea fuit opinione, Lucianum, quem pro Philopatridis scriptore habet, imaginem Paulli in templo aliquo vidisse. Sed quin fugiat virum alias haud indoctum ratio, dubitari non potest. Ecquid enim Lucianus, vel auctor dialogi, si modo vidit imaginem Paulli, nam & hoc incertum quam quod maxime; alias non potuit eam videre, praeterquam in templo vel oratorio? non potuit etiam aliarum aedium talis effigies fuisse ornamentum? Similem errorem errauit; circa

A 5

hunc

* de episcopis & Prelib. l.c.

** Prosternat de libris apophis de malis l.c.

hunc ipsius dialogum, robustissimus Ecclesiae suae tibicen BURONIVS, quo de mori agendi sece offeret occasio. Iam pergamus ad reliqua.

VIII.

Neronis Principatu non esse scriptum Philopatrin, non equidem probabo ex RUFI FESTI loco, qui * Armenias duas tunc amissas, Romanasque legiones sub ingum a Persis missas, extremo dedecore Romani exercitus sacramenta ait sedasse: Plura siquidem feliciter, ductu Corbulonis. Neronis auspiciis in Armenia contra Parthos gesta, eademque magnifice celebrata, refert TACITVS **; quin neque post cladem ignominiamque Paeti, negligencia acceptam, decreea a Senatu, integro adlocubillo, tropaea, dum aspectui confusior, spreta conscientia, omissa sunt, ut idem TACITVS *** auctor sit. Quidni igitur & vani cuiusdam Graeculi Paeana ante victoriam, quin post cladem acceptam, canentis, gratulationem Nero acceperit? Firmiora proinde argumenta deinceps erunt adferenda. Nec vero Traiano conuenit, verba recito DAVIDIS BLONDELLI, **** quod sub dialogi finem ex aculeo recitat Cleolaus: ΠΕΠΤΑΝΟΝ οΦΕΥΣ η παλαι βορυφερον κ.τ.λ. Nam nec

* in breviar. p. 170. seq. ** Annal. XIII. c. 7. seq. impr. c. 34. seq. L. xiii. c. 23. sqq. L. xv. init.

*** Annal. L. x. c. 18. L. Ita in Persi. Sar. v. 6. 4. ad Corbulonis victorias respicit ait Cesaubonus, quas assentatorie in magis extollerent poetas & Mitterici. **** l.c.

nec Susam nec Arabiam totam debellavit, nec quos ex Arabibus subegit, post deuictos Persas domuit Traianus, immo inter belli Parthici initia anno imperii quarto Christi CI. Traiano quartum & Paeto coss. per Syriae praefidem Palmam, Petracam Arabiam sub iugum misit; tandemque anno, pereunte Decebalo, Dacicum bellum consummauit. Anno vero imperii nono, Christi CVI. Commodo & Cereale Coss. Seleuciam, Babylonem & Cappadociam cepit.

VIII.

Sed, ne quid dissimilem, tota illa disputatione nec mihi, nec credo multis aliis, ex omni parte probatur. Prior ipsius ratio est, quod nec Susam nec Arabiam totam debellauerit Traianus. Sed debellavitne eam Marcus, cui ipse opinio illo gratulatum fuisse Lucianum putat? Fatetur non debellasse. At paratum est κριτικήν.
 SPE PALSVS inani, inquit, Susae & Arabiae excidium, Scytbicarumque excursionem cessationem, spondet Cleolaus. Iniquus autem est BLONDELLVS, si quo ipse effugio vtitur, illud eripere velit parti aduersae. Ut lubentius concedat, mouere eum debet ratio altera, qua aduersam sententiam oppugnare sibi videtur, tantum abest, ut ea rem, quam vult, conficiat. Putat enim, quia iam ante Persas, Arabum quosdam subegerit Traianus, Cleolaus autem ei, qui iam victor esset Persarum, Arabiae subiugationem tanquam futuram spondeat; fieri non posse, ut de Traiano ea gratulatio accipiatur. Quid si autem dicamus, ideo enim vero spon-

spondere Cleolaum ut ΠΑΣΑ χρών Αρεβίας sub potestatem Traiani redigatur, quod parte eius iam subacta, facilior de reliquis spes esset. Haec, ut mihi quidem videtur, ita sunt manifesta, ut Blondello ipsi, si vivaveret, assensum extorquerent.

X.

Haecne igitur, dicat forte aliquis, sunt firmissima illa argumenta, quibus Traiani aevo abiudicatur Philopatris? Evidem, ut quod res est fatear, his nunquam mihi persuaderi passus essem, ut non a Paulli quodam discipulo transfuga scriptum putarem. Sed bene res habet. Superest argumentum vnum, a nemine, quod sciam, adhibitam, sed omni exceptione, uti arbitror, maius. Narrat nimirum Critias, * se cum interfuisset deliramentis atque vanis prædictionibus Sophistarum, ita sententiam de illis dixisse: καὶ μὴ τὰ Αἰγαῖανδρες καὶ ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ, ἀλλὰς δοπεζησαντας θαῦτας τὸ εὐπνεατικόν, & reliqua. Quis non videt ARTEMIDORVM εἰναι γε εἰκῶν scripторem significari? Et ne dubitemus, nec infartum ab interpolatore aliquo Artemidori nomen suspicemur, paullo post interrogat: οὐ πάτερ Αρεβίας τὸ Τελευταῖον, καὶ ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΝ τὸ ΕΦΕΣΙΟΝ εἴχεντα τοὺς οὐελέφων; De ipsa re, si quis forte requirat

AR-

* p. 775. c. 17. ut nos distinximus.

ARTEMIDORI huius vt & ASTRAMPSYCHI
verba in notis posita sunt. Hic illud te-
nendum, quod hic ARTEMIDORVS E-
PHE SIVS qui tamen Daldianum se dici
maluit, vt nobilitaret oppidum unde ma-
ternum genus trahebat, obscurius absque
hoc futurum, testatur ipse, * se nosse ho-
mines, qui vixerint Antonini Pii tempori-
bus, qui successor fuit Hadriani, ante quem
Traianus imperavit. Huius vero inter
victoriam Persicam & Antonini initia xxx.
minimum anni intercesserunt. Nemo
igitur sub Traiano scriptum Philopatrida
potest asserere, nisi qui crediderit, triginta
annis ante quam scriptus sit liber, cum pos-
se allegari. Quin, cum nibil aliud colligi
queat ex Artemidori verbis, quam notos
illi fuisse Athletas, ludis quinquennalibus,
illis quos Antoninus Pius Hadriano, a quo
fuerat adoptatus, instituit, ** suspicari li-
cet, post Antonini demum tempora, quin
Seuerici etiam, qui Antonino successor fuit,
scripsisse Artemidorum, primum quod ex
proemio apparet, post longissimam cun-
dationem animum ad scribendum appulisse,
tum quod TERTULLIANVS quem sub Se-
vero Imp. in confiniis seculi II. & III. floru-
isse

* L. i. c. 28. p. 26. & c. 64. p. 55. quae loca allegan-
tur a Nic. Rigaltio in notis ad inscriptionem.

** Videndus Ael. Spartianus Madriano c. xxvii. &
Commentt. ad h. l.

iste satis constat , cum somniorum interpretes enumerat , * nostri nullam facit mentionem : Quae ratiocinatio , si cui æque ac mihi probabitur , vt paullo dictum laxius accipiet , cum NIC. RIGALTIUS , ** atque 10. ALB. FABRICIVS *** Hadriani & Antonini Pii temporibus vixisse Artemidorum perhibent : tum illud etiam colliget , vix esse , vt a Luciano Samosateni laudatus Artemidorus , adeoque Philopatris scriptus esse potuerit , de quo infravidi.

XI.

Neque vero illud hoc in loco praetermittendum est , summa rerum verborumque cum iis , quae haud dubie Luciani sunt , conuenientia , quam , credo , negabit nemo , qui annotationes nostras vel cursim perlustrauerit , facile aliquem induci , vt credit , vel ab ipso Luciano , vel ab homine qui eum sibi imitandum proposuerit , esse scriptum . Neque enim magis id casu fieri potuisse existimo , quam , vt ex temeraria formularum typographicarum commissione versus Homeri aliquis , aut Ennii possit existere . Sed pluribus in hac sententia confutanda nos immorari nihil opus esse arbitror , cum quaé iam nunc aduersus primam illam

* Lib. de anima c. xxxvii.

** loco citato.

*** Bibl. Gr. L.III. c.xiii. p. 402.

illam, quae Lucianum Philopatridis auctorem facit, profereimus, ea magnam partem fortius etiam contra hanc secundam valeant.

XII.

Quod igitur alterum huius disputationis caput est, Lucianine sit Philopatris, an iunioris alicuius, age, dispiciamus. Quia in re ita versabimur, ut primo contra eorum, qui id affirmant, rationes quaedam in medium proferamus; deinde, cur Luciani non esse putemus, generatim dicamus, denique ut quibus inducti rationibus, iuniorem Luciano auctorem arbitremur, eas rationes, quam fieri poterit breuiter & perspicue, proponamus. Cum vero viros summos, & toto, qua literis cultus est, orbe celeberrimos ab altera parte stare videam, prius quam ad rem aggrediar, summopere, mi Lector, rogamus es, (ad illa enim ipsa docti orbis lumina sermonem dirigere nimis forte spei audacis esset) ne contradicendi libidine, aut nouarum cupiditate rerum a tantis viris seorsim sentire me ausum existimes, quae multos hodie insaniam vexat; sed solo veritatis amore, eiusque studio inquirendae huc delatum, ubi aut deserere id quod verum puto, aut dissentire ab iis cogor, quorum tanta apud me est veneratio, auctoritas tanta, ut maior forte apud neminem. Si igitur hac in re erro, illud saltem

tem optime conscientius mihi sum, non illa ingenii prauitatem, sed communi hominum forte, quae ab errore immunem esse neminem patitur, inuitumque in eum incidisse.

XIII.

Luciano iure tribui Philopatrin, probatum primo inde est, quod is quasi in possessione esset, cum inter ipsius opera iam longo tempore referatur; igitur non nisi validissimis rationibus posse inde exturbari. Verum enim vero, ne iam in locum illum communem de libratorum inertia & fraudibus excurram; ne etiam illud dicam, maleae fidei possessorem praescriptione sese tueri non posse: iam Graeca editio quae A. R. G. C13 10 XXVI, in forma octaua Hagenoae elaborata est, in fine dialogi haec habet: οὐτοῦ ἡ λόγος νοθεύει τὸ λόγιον. Quae procul dubio ex veteri codice adscriptis editor quisquis etiam fuit, diligens certe & industrius, cuius utinam diligentiam imitati essent librarii Belgae in nouissima editione, quae splendido viri summi, 10. G. GRAEVI nomine superbit. Sed & in hac editione annotatio, quam retuli, est seruata: quae tanto maioris est momenti si antiqua est, quod tamen in hac librorum MSS. inopia asserere non ausim, quanto frequentius sine censura omni transmituntur a librariis, quae tamen νοθέας sunt conuicta planissime. Argumentum non ab-

abhorret, fateor, ab ingenio Luciani, si generatim illud spectes, ut ad irridendam cum superstitione religionem pertinet. Sed quam exiguum huic rationi pondus insic, si dicerem, de Tua, Lector, prudentia dubitare viderer. Quid si vero insuper negem, illam saltem dialogi huius partem, ubi vanissima spe tot victoriae, triumphi toc sponte dentur, quorum nihil vel parum, quamcumque etiam sententiam amplectare, contigit, Cato illi Samosatenis naso ex aſſe conuentre? certe a prudentia non tantum viri, ſed a magna ad credendum res etiam fatis certas tarditate, oppido id videtur alienum. Ingens porto illa rerum verborumque in hoc dialogo cum iis, quae indubie sunt Luciani, similitudo, tantum abeft ut a me negotetur, vt potius paullo ante ea uſus sim ad probandum, Traiani aetate non videri ſchuptum. Sed potuit ea ex alio etiam fonte prefluxisse, imitatione nimirum, fatis illa quidem incepta, qua de tum e notis nostris com stare volenti potest, tum infra adhuc aliquid erit dicendum. Nunc reliqua persequemur.

XIII.

Victoram de Perſis ingentem reportauit Lucius Verus, ob quam, communicato cum Marco fratre honore, triumphauit. Hanc eam ipsam esse, quam celebrat sub finem Philopatridis Cleolaus, volunt, quos

Iupra laudaui, viri doctissimi, aliique complures. Quibus assentiri ne queam, illud me mouet, quod vnius tantum ~~avtoris~~ deprehendam in illo epinicio mentionem; id quod secus factum oportebat, si ad hunc triumphum pertineret. Ambos enim fratres aequato iure imperium admisitasse, notius est, quam ut dici a me debeat. Nec est quod Lucium Verum solum celebrari dicamus, qui nimirum solus id bellum conferit, solusque gloriam inde sibi vindicauerit. Praeterquam enim quod per duces omnia sunt gesta, Vero interim Imperatore in Daphnicis Antiochiae deliciis molliter ventrem, Marco autem Romae rem publicam curante, ut testis est IULIVS CAPITOLINVS*: iam est paullo ante dictum, confirmarique tum aliorum, tum eiusdem CAPITOLINI** testimonid potest, triumphum pariter utrosque celebrasse. Ita enim ille: *Habuit banc reverentiam Marco Verus, se nominare quae sibi delata fuerant, cum fratre communicaret, dicti triumphi, quem pariter celebrarunt.* Et iam ante*** dixerat: partum est Vero nomen Armenici, Parthici, Medici, quod etiam Marco Romae agenti delatum est. Illud forte dici ab aduersa parte posset, Imperatorem Verum, cum ista scriberentur a Luciano, iam tum tuisse extinctum, solique adeo

* in Marco Antonino c.viii.

** in L. Vero c.viii.

*** c.vii.

adeo Marco hic applaudi. Et sane EUTROPIVS* cum triumpho Parthico, Veri obitum coniungit artissime. Sed certum est, intercessisse aliquot annos inter triumphum istum atque mortem Lucii : nec quae scriptor breuitatis studiosus narratione coniungit, tempore ideo sunt coniuncta putanda. Sed haec cum quaestione careant, apud eos certe, qui aliquam cum historicis illorum temporum familiaritatem habent, lubens dimitto. Illud tamen non possum quin adiiciam, non videri Cleolaum nostrum, qui sui victoria Imperatoris effertur tantopere, Medorum atque Armeniae mentionem fuisse omissurum, cum de futuris audacter adeo spondeat, si modo materiem epinicio illi tum praebuissent, quod Marco imperante contigisse modo vidimus. Denique totum hoc argumentum tale esse meminerimus, ut si nihil etiam sit, quo labefactari conuelliique possit, quod tamen minime ita se habere, est, puto, luculenter a nobis ostensum, tamen amplius nihil eo efficiatur, quam hanc quidem ~~οφείσαι~~ nihil obstarē, quo minus Lucianus pro Philopatridis auctore haberi queat, cuius generis argumenta, plura etiam ruere statim necesse est, si vel unica proferri queat circumstantia, quae cum reliquis conciliari & redigi in concordiam nos possit.

XV.

Quod vero vir celeberrimus G E O R -
G I V S B U L L V S putat non parum momen -
ti habere, ad afferendum Luciano Philopat -
ridem, temporum sub Marco Antonino ini -
quitatem, de eo etiam, dissimulare non pos -
sum, alia omnia mihi videri. Mala etenim,
quae ab A V R E L I O V I C T O R E enarrata
supra retulimus, quorumque mentionem
etiam I V L I V S C A P I T O L I N V S facit *,
iam inde ab imperio Antoninorum fratrum
atque adeo ante victoriam Parthicam acci -
disse, totoque fere perdurasse imperii tem -
pore, iidem auctores sunt. Tantum autem
abest, vt, qua tempestate scriptus est Philo -
patris, calamitates publicae orbem Roma -
num insigniter vexauerint, vt potius eam
ob caussam Christianis acerbe adeo insul -
tasse auctorem appareat, quod temporum fe -
licitatem infelixis praedictionibus, obsec -
nisque omnibus quasi contaminarent.
Quod vt appareat, audiamus Critiam,
qui, vt videtur, ob patriae, quem proficitur,
amorem, nomen dialogo dedit, cuiusque sub
persona auctorem latere voluisse, existima -
verim. Hic igitur Critias in Sophistarum,
vt eos appellat, concilium introductus, inter -
rogatusque : ** πῶς τι τὸ λεωφόρον εἶ τοι
κέστημα

* in vita Macri c. viii.

** p. 777. 6. 19.

πόσμα; Χαρχοίγε πάντες, inquit, καὶ ἔμη
χαρίσσονται. Habes gaudium publicum, ha-
bes felicitatem temporum. Quid ad hanc
Sophistae? Non placet illis laetitia effusa
gentilium, subiiciunt: δυστοκῶς γδὲ οὐ πολις,
cuius verbi vim in notis declaravimus. Non
negant igitur iam felicia esse tempora, sed
mala futura praedicunt. Hos dein proterue-
ridet Critias, οὖτε δημοκράται νοεῖν illos inter
alia scommata dicens, qui viderent scilicet,
quod nec esset usquam, nec, ut putabat pro-
fana mens futurum esset. Tum effunditur
in enumeranda varia calamitatum publica-
rum genera, ita tamen ut ipsa phrasē ad ri-
sum compoſita manifeſte indicet, nihil tale
rum quidem vulgo homines timuiffe, ne pu-
tes fuiffe expertos. Confirmant ista, quae
sub finem dialogi idem Critias commeino-
rat: Ήμας δὲ, ω τρισθων, τὰ καθηκόντα εὐρ-
χότας ισαύδην. & paullo post: τοῦτο δέχεται τοὺς
παισιν, αἱ τιμέραι δὲ αὐτορεργίτοροι, ταλαντά
γδὲ ιμάς εστιν ἐκλείψει, καὶ οὐδεν ιμάς δὲ κα-
ταπονήσει. Haec igitur satis, opinor, osten-
dunt, non eo tempore scriptum Philopatri-
dem, cum calamitates publicae per orbem
terrarum grassarentur, sed satis laeto rei-
publicae statu, secus atque viro doctissimo
videbatur.

XVI.

Perduxit nos ordo disputationis insti-
tutus ad ea argumenta, e quibus genera-

tim Luciani non esse foetum Philopatrin; colligi posse putamus. Nam illa quae iu niorem Luciano auctorem suadeant, his fubuncturos nos esse diximus. Ad hanc igitur classem, praeter ea, quae modo contra BLO NDELLVM atque GEORGIVM BULLVM, viros doctissimos, disputata sunt, non dubito primo loco referre, quod maior in hoc dialogo deprehenditur, quam in Luciani scriptis Christianarum rerum peritia. Quisquis diligentius paullo huius viri commentationibus legendis attenderit, animaduertet profectio perpetuum fere illius morem, vt in quarum rerum mentionem inciderit, eas res, tanquam per digressiones, quas vocant Rhetorum filii, perspicue ver bisque negotio, de quo agitur, quam apertissimis declareret, quo ipso, quanquam inter dum non taedium lectoribus, si qui sunt delicatores, creare non potest, facit tam en, vt, cum minime putas, plurima dif feas, ad omnem historiam, populorum ritus, clarorum virorum pernoscendam indolem, linguae etiam proprietatem, totam denique humanitatis disciplinam nimium quantum profutura. Quin ea ipsa ratio est, vt quoddam *Αμαλθείας νέος*, aut cornu copiae bonae frugis plenissimum, opera eius summo possint iure vocari. Profluxit ista scribendi ratio partim ex chara cere Luciani, qui est *γριπωτός* & ad comi cum

cum in multis accedens proxime, in quibusdam etiam superans: partim, non est enim inficiandum, ex ostentatione quadam, Polymathiamque demonstrandi studio, quod quidem in Sophista, id esteo, qui dicendi artem pro genio seculi profiteretur, non ferri facilius poterat, sed laudi erat atque admirationi. Igitur nulla fere secta, hominum fere genus nullum est, cuius non historiam, characteres præcipuos, aliaque ἀξιοποίησα consignata ab eo licetis deprehendamus: Philosophorum autem cuiuscunque sectae, rhetorum, adulatorum, parasitorum, diuitum, pauperum, fenum, iuuenum, superstitionum, atheorum, Romanorum, Atheniensium, Scytharum, impostorum, histrionum, lenarum, meretricum, militum, rusticorum, regum, tyrannorum, Deorum, Dearumque, & cuius non? velut imagines quasdam ab eo pictas admiremus.

XVII.

Sed quorsum ista disputem, quaeret fortasse aliquis? Nimirum ita rationem subduco: Quia Lucianus ostentandae occasionem doctrinae nullam solet facile praetermittere; quia nullius non hominum generis, characteres, mores, sententias, verbis cuique rei propriis & quasi solennibus describit: probabile non videri, si tantam habuisse Christianismi peritiam, quantam in

Philopatride reperimus, non alias etiam eam prae se tulisse; atque eo magis cum occasio in his ipsis, quae habemus ab eo scripta, bona defuerit, tum in bonam, tum in malam etiam partem ampliorē Christianorum mentionem faciendi. In bonam quidem eo imprimis loco, ubi Alexandrum Pseudomonachum illum ab oraculo suo Atheos, Epicureos, Christianos omnes remoueri procul iussisse tradit. Verba ipsa subieci: * εἰ τοι
ἀρετή, οὐ χριστιανός, αὐτὸν σπάσος, ἀλλεκαταδίδωσον τὴν ἐργάσιαν. Φευγέτω. Facile, credo, veniam impetrabo, si huic centoni meo paupnum de purpura magni viri, I O. G E. G R A E. V I I ** adsuam; non possunt enim non placere quas ille scripsit seculi nostri Varro, vbiunque etiam legantur. Ita vero cum hunc locum enarrasset, pergit: Norat impunitissimus nebulo, (Alexander) Christianos decipi non facile posse. Illos, mente ab oculis seuocata, brevi latrabe fallaciarum, quibus homines fascinabant, perscrutaturos, omnique mimo sceleratissimi latrociniū personam derallatos fuisse. Vnde vero haec perspicacitas hominibus rudi bus, nec versatis in peruestigandis abditum verum causis, quas sibi vindicabant, qui Philosophis dederant operam? Vnde rabus illud axiū, contra tantam superstitionis vim, quae omnium mentes, tanquam magicis carminibus desixeras, quam a religionis Christianae virtute & efficacitate, quae & oculos aperit ad fraudes nequissimorum hominum proficiendas, & animum firmat aduersus superstitionem, quae

* in Pseudom. p. 770.

** in praefat. Luciani ad Fridericum Wilhelmum Elect. Brandeb.

quae imbecilliores occupat facilissimo? Qualia de Christianis praedicantem modo audiimus GRAEVIVM, talia fero de Epicureis Lucianus in medium attulit; sed de nostris tacet, nec rationem ullam cur exesse illos sacris suis Alexander voluerit, profert: forte quod laudandi erant, hoc quidem in loco; quod a se paganus homo impetrare non poterat. Sed etiam cum ridet Christianos*, & res illorum ex instituto narrare videri vult, partim verbis ex gentilium disciplina petitis utitur ad res ipsorum designandas, partim, vulgari errore, Judaeorum & Christianorum miscere negotia videtur, & in universum ita loquitur, ut satis appareat, neque libros sacros legisse vnuquam, neque etiam aliunde sanctissimae disciplinae rationes lati habuisse cognitas atque perspectas. Quoniam id est parum ab hac disputatione alienum, age, quedam ad hunc Luciani locum annotemus.

XVIII.

Ac primum quidem miror, TANAQVIE LVM FABKV M, virum ingeniosissimum ad illa verba.** ομέγας γάρ τον ἔκπεινον κ.τ.λ: annotasse: Ita secundum vocula γάρ. Et sensus repente abruptus satis indicant, multa hic a Luciano aduersus Christum scripta fuisse; quae a maioribus nostris, boni iubibus nimium priis, sublata fuero. Hinc itaque est quod

B 5

dixi.

* de morte Peregrini T. II. p. 565. seqq.

** p. 566.

dixerat Suidas, Lucianum καθιπέδαι τε χριστι-
ωσμός, καὶ αὐτὸν βλασφημῶν τε χριστόν, οὐ τοῦ
τοῦ περιχώνα βίῳ. Hinc factum si in plerisque MSS.
Codd. non amplius extet Peregrinus. Evidem fa-
teor, si voculam γάρ interpretare, iaque, ut
est ab eo, qui hunc dialogum conuerterit, fa-
ctum, male haec cohaerere cum iis, quae
praecedunt. Sed quid vetat, quo minus
vertamus enim, frequeptissima nimurum,
apud Lucianum etiam, vocis significatione,
ut quandam notet parenthesin. Qui enim,
quaeso, concinnius, quam ita loqui potuit
Lucianus : Peregrinus noster in Christia-
nos etiam incidit, & postquam illorum edic-
dicisset mysteria, subito nimium quantum
inter illos nomen & gloriam est consecutus,
NAM hodienum durat illa quorundam stu-
titia, ut celebrem istum in Palaestina sus-
pensum hominem venerentur &c. Pergit
deinde, ut videoas a parenthesi reuerti :
τὸν ΔΗ καὶ συλληφθεῖς κ. τ. λ. Sensus igitur
abruptus non magis, quam γάρ particula, deesse aliquid ostendunt. Suidae ver-
bis sua constat veritas quam planissime,
si vel nihil desit. Quid enim sunt blasphemiae in Christum, si hae non sunt, quae ho-
dienum extant in Proteo ? Denique, quis
iste foret stupor, cum manum semel iniece-
ris mutilando scripto, illud relinquere, quod
eiici vel similiter, vel magis etiam intererat.
Duobus potissimum modis vlti sunt Chri-
stiani huius dialogi contumeliam, primum
omit-

omittendo illo penitus, quod factum facile
FABRO credimus, tum acerbe, adletis in
margine notulis, refutando, quod scholia a
doctissimo viro IO. CLERICO edita testan-
tur. Omisisse quaedam ex ipsa orationis
serie, sicutem FABER quae attulit argumen-
ta, iis vix persuadebit.

XVIII.

Sed, ut pergamus strictim quaedam
ad Luciani verba annotare, Judaicum sapit,
quod *ισπέας* & *γερμιμαλέας* vocat Christianorum
Doctores, quanquam non ignorem⁹
de Aegyptiorum etiam sacerdotibus ⁊ *γερμι-*
μαλέων voce non semel usum.* Ex ethnici-
simo est quod Alexandrum Christianorum
γραούρχιον vocat, & τολετὴν Christianorum
disciplinam. Καγνὸν Σωκράτην Christianos
Peregrinum vocasse, probabile non est:
si nota Luciano Paulli Apostoli historia fu-
isset, hunc dubio procul substituisset. O νο-
μοθέτης ο πεπτός, qui persuasile Christianis
dicitur, ut omnes que pro fratribus in-
uicem haberent, non video quin ipse ser-
uator noster esse queat. Neque hunc le-
gislatorem διὸ τὸ αὐτοκολοπομένη αὐδεῖο
vbi distinguat Lucianus, reperio, quod u-
trumque tamen iterum vult T.A.N. FABER.
Contra ea iussit Christus Matth.xxiii, 8. ut
omnes discipuli sui fratrum se loco inui-
cem haberent: & secundum τὸ αὐτοκολο-

* e.g. de Sacrif. p. 369. T. i. it. in Philop. p. 350. T. 2.

ποσμόν τόμες viuere Christianos, paullo post Lucianus dicit * Ad verba : ** εἰτα
προσωπίσας ή εἰς ἔκεινος, ὡφῇ γάρ τι, εἰς
οἴκους, ἵστηται διαρρήτων αὐλοῖς, PALMERIVS
confundi ait Judaicos ritus cum Christiano-
rum lege. Sed forte idolothytorum
esus, & suffocati ac sanguinis ab Apostolis
etiam prohibitus, obuerti huic reprehensi-
oni possit.

XX.

Iuuathic in breuem summam colligere
omnia, quae de Christianis tradit Lucia-
nus, (tradidisse autem, quae sciret omnia,
probabile saltem supra reddere conatus
sum) cum similiter quasi in tabulam quan-
dam coniecta cum his comparare, quae in
Philopatride de iisdem dicuntur. Lucia-
nus ita Christianos describit : *** Sunt ho-
mines, qui suspensum in Palaestina ho-
minem, nouorum auctorem mysteriorum,
spretis omnibus Graecorum Diis, colunt &
adorant, immortalitatem expectant, atque
propterea corporis cruciatus, ipsamque
adeo mortem, subire non recusant, ut po-
tius vltro eam depositant. Praeterea pro
fratribus inuicem, sic iubente primo illorum
Legislatore, se habent, bona fortunae om-
nia tanquam vilia & vana contemnunt, be-
nigneque iis impertinent, quos propter su-
perstitionem suam vident aut bonis extur-
ba-

* Iohannem Euang. intelligit Fahr. B.G. L.IV. c.xvi.
P.500. ** p.570. *** l.c.

batos, aut alias male a magistratibus acceptos. Sacros libros habent, quos in conuenticulis suis legunt, si qui autem sunt doctiores, etiam interpretantur. Si quem videant leges suas migrantem, eum a communione & caetibus arcent atque excludent. Haec Lucianus. Audiamus auctorem Philopatridis. Christiani credunt in DEum unum, qui caelum & terram creavit & omnia, cumque Patrem* magnum, immortalem, caelestem, Filium Patris, Spiritum ex Patre procedentem, unum ex tribus & ex uno tres. Hic** DEus, qui est lux incorruptibilis, inuisibilis, incomprehensibilis, creauit, (vt didicerunt a Moysi tardilingui) cum alta nox abyssō incubaret, lucem, quae tenebras & vastitatem illam omnem abegit: tum terram super aquis stabilivit, caelum expandit, stellas formauit, cursus earum disposuit: terram ornauit floribus; hominemque ex iis, quae non essent, vt esset aliquid produxit: iamque de caelo intuetur singulos, bonos, malos, actionesque illorum in libris describit, ac retrahet ex iusto singulis, qua die ipse constituit. Praeterea *** per aquas fese renouari, atque ex impiorum caetu in beatorum vestigia collocari credunt; quidam etiam in tertium

* p.770. c.10.

** p.771. c.11.

*** p.770. c.10.

tium se caelum raptos ; resque omnium pulcherrimas ibi edoces praedicant, * orationem quandam a patre incipientem ; multisque nominibus refertos hymnos recitant &c. Haec si quis cum iis, quae ex Proteo Luciani prolata sunt, conferat, simulque illud consideret, verbis propriis & ex Christianorum disciplina, quin ipsa Scriptura S. petitis vti Philopattidos auctorem : 'illum vero gentili more, nec vti solent nostri homines, loqui, cognoscet profecto, Lucianum vt de re parum sibi cognita, & quam non nisi aliis temere narrantibus audisset ; hunc vero, vt qui aut ipse coetibus Christianorum interfuisset, aut satis accurate omnia peruestigasset, de hac lecta exposuisse.

XXI.

PETRVS DANIEL HVE TIVS, ingens Galliae fuae, quin vniuersi, qua cultior est, orbis decus & ornamentum, in stupenda eruditionis opere, quod *demonstrationem Euangelicam* appellavit **, postquam dixerat, in libello de morte Peregrini, quae in contumeliam Christianorum essent dicta, laudi ipsis esse potius quam dedecori, haec addidit : *Clariora etiam reperias in dialogo*, qui inscribitur *Philopatris*, & *Luciani nomen prae se fert* : *Christi quippe & Christianorum nominativm meminit* ; plurimam profert ex *Euangelio & Apocalypsi Iohannis*, ex altis *Apostolorum*, & ex epistolis *Pauli*, cuius os & habitum de-

* P.779. c.22.

** *Prepol. iii. s. 26.*

pingit, & cuestionem in caelum refert. *Christum* appella*Chrestum*, pro temporum illorum more, quo nomen id a bonitate, non ab unctione dulcum credebatur ab Ethniciis. Quo de more cum quaedam disputasset, concludit: Ex Christianarum autem verum peritia, quae maior in hoc dialogo, quam in reliquis Luciani scriptis claret, colligit potest, cum alterius esse auctoris. Hactenus ille. Quae ideo adscribenda putavi, quod partim hoc argumentum mirifice confirmant, partim vero dubii non nihil habere videntur. Christi siquidem & Christianorum nominatim meminisse dicit auctorem Philopatridis, ita tamen ut *Chrestum* pro *Christo* dixerit. Ego vero fateor, illud me in hoc dialogo non reperiire. Procul tamen dubio respicit vir summus ad illa: *

αλλα
μει τοδε ειστε· ει ιηγη τη τοπηων ζε ρεγων
ηγχαραγήσοι; Respondet Tripho: πάντες, ει
το χορηγε ΧΡΗΣΤΟΣ αν ιηγη ει ηθοι. Interpres quem forte aliis districtus secure nimium fecutus est *H VETIVS*: si quidem & inter gentes *CHRESTVS* fuerit. Neque vero is ego sum, qui *Chrestum* & *Christianos* pro *Christo* & *Christianis* tam a gentilibus, verum ignorantibus nomen, quam a nostris, omen accipientibus, dictos fuisse negem, contra clarissima vetustissimorum scriptorum testimonia, quae adducere nihil attinet, cum nemo credo, de eo dubitet, & nuper adeo, qui de *Chresto* sutoris disputarunt

HEV-

HEVMANNVS & HILSCHERVS, ea collegerint: Sed illud dico, non videri Triephontem Christum vel Christianos verbis, quae modo adducta sunt, significare, tanquam proprio nomine, voluisse. Dixerat paullo ante hic Triephon: ἦσε δάσος ἀπεργός,
οὐκ οὐδὲ τὸ λαῖς ἐπεργόντος Βίβλοις ΤΩΝ
ΑΓΑΘΩΝ Δημογόρων). Vult nimurum Critiam relictis illis gentilium fabularum nugis, ad Christianorum DEum ac religionem fese conuertere, vt & ipso inscribatur in
caelestibus illis BONORVM libris. Tum Critias,
σὺ παῦσε αἰδονυλέος inquit ὁ τριεφῶν, (su-
pra enim iam de libris caelestibus, & in iis
inscriptione dixerat Triepho.) αἰλαρεον τόδε
& reliqua quaemodo attulimus, vbi interro-
gat Critias, an Scytharum etiam curam gerat DE-
us, & in librum illos BONORVM inscribat? quidne
inscribas, respondet Triepho, si modo BONI
sunt. Cui non appetet, ξενὸν hic, vt alias
apud quosuis scriptores, imprimis, quem
noster est imitatus, Lucianum, poni αἴτι-
ντες αἰγαῖς? Ita infra * ξενὸς γὰρ αἱ εἴς
δούλοις τὸ χρήματα, vbi haud paullo melius
interpres: Nam frugi esse apparet utique ex habitu:
cum non magis ablurde, quam quidem hoc
loco vertere potuisset, CHRESTVS appa-
res. Praeterea nescio, an exemplo probari
possit, ξενὸν dictum pro Christiano. Nam
Christum quidem ipsum quomodo intelli-
gere

gere quis cum bona bonae mentis venis
velit, non video: cum appareat, pro genere
hominum, quod plures sub se complectatur,
vocem ponit, & hanc esse verbi τον χαρακτηραν
vit, ut conuertere debeat: si modo contingat est
inter Scybas aliquem & ABLANCVRTIVM Gallicum.
Luciani Interpretem, qui priori loco Christum,
posteriori Christianum posuit, nihil meror.
Ille enim auctor parum de vera sententia,
aut philologia adeo sollicitus, satis habuit si
Gallis delicationibus, mulierculis imprimis,
elegans aliquid & politum offerret: ple-
rumque igitur Gallicas sectatus veneres,
Graiorum charitas musasque neglexit, ut
recte adeo interpretatio eius a MENAGIO
La Belle infidelle appellata sit,* & MATTHAEVS
STADVS de eo lauserit:

τηλόδη καὶ Φίσουρις ἡ πετα Φρεγόρενον,
οὐ καλτίς δύοντα γαῖην γλυκερήν τοῦ σύντε,
καλτίδα γδὲ πολλήν, εἰ καὶ εγενέται εἴλαδος ἐχει.

Nec Christi igitur, nec Christianorum no-
mena mentionem in hoc dialogo fieri cen-
seō; quod quorsum pertineat infra videbi-
mus. Hic illud notari velim, quidquid et-
iam de Chresto sit, Lucianum ita non videri
Scripturam fuisse, cum Christianorum no-

G

men,

* In Mehagiānis p. 329. citante cel. Fabricio Bibl. Gr. L. IV. c. XVI. p. 507. ubi habes etiam hanc par-
tem epigrammatis Stadiani, quod rotum praef-
sum est editioni Belgatum.

men, quoties opus fuit, adhibuisse, ex *Pseu-*
damenti pariter atque *Proce** satis con-
 stet. Reliqua, quae *H V E T I V S* ex sanctis
 noui foederis, (poterat etiam antiqui me-
 minisse) libris allegata dicit, ita se habete, non
 dubitabit, qui notas nostras conferre vo-
 luerit. Qua re confirmantur adeo, quae
 antea de Christianarum rerum in auctore
 Philopatridos peritia dicta sunt.

XXII.

Venio ad argumentum satis firmum,
 ut ego quidem arbitrör, sed quod malim ab
 aliquo tractari, qui maioribus quam ego, tum
 ab lectione, tum a memoria, praesidiis in-
 structus paratusque ad iudicandum accede-
 ret. Nimirum *GRAEVII* alicuius auf-
GRONOVII opus hoc erat, de stilo ferre
 sententiam, non meum, qui tenuitatis meae
 probe mihi sum conscius. Tamen quia si-
 ne flagitio hoc argumentum praeteriri non
 potest, consequens est, ut id malim a me,
 quam tractari a nemine. Olim iam *THEO-*
DORVS MARCILIVS, cuius supra **facta
 est a nobis mentio, non esse Luciani Philo-
 patrin contendit, praeter alia id arguentibus
 ineptiis stili, quas paginis omnibus dicit oc-
 currere. Istae vero stili ineptiae oriri ma-
 gnam partem videntur ex affectato infelici-
 ter sublimi ac tragico dicendi genere, quod
 cum

* locis 5.17. citatis.

** 5.6.

cum non assequeretur, in affine illi vitium
 ψυχρότης incidit quam saepissime. Tanto
 sed quidem magis, quod Poetarum magnam
 partem verbis vtitur, hisque parum ad rem
 aptis, qua de causa inductae Leonis exuallis
 simiae similem interdum fieri necesse est.
 In utroque autem genere incomparabili fa-
 cultate gaudet Lucianus, ad effingendum
 stilo quidquid libuerit, grauitatem etiam
 plusquam tragicam, & ad deriuandum in
 suos hortulos, non riuos ex Veteribus Poë-
 tis, Homero imprimis, sed quasi flumina, ad-
 eo quidem, ut cum male quaedam applicasse
 videtur, vel inflexione deprauasse, tum de-
 rum ingenii vis admirabilis eluceat. Vnum
 ex multis exempli causa adferam: Est Eu-
 ripidis versus decantatissimus: οὐ γλῶσσα
 σκάρπος οὐδὲ φρέσκη αὐλύσιος. Quam lepidè
 hoc accommodat ad iactatam Cynicorum
 αὐλυσίαν. Η φρέσκη, inquit, * τοι αὐλυσία,
 οὐ γλῶσσα ἔστι αὐστηρός. Quam festiu-
 illud Homeri **

οὐ φρέσκη φρέσκη φινδεῖ γε, φῦλα δὲ φύλων,
 ad philosophorum certamen traducit: ***
 ξυναστίουμφτι επ' αὐτοῖς,

οὐ πήρε πήρε φινδεῖ γε βάκτρα δὲ βάκτροις.
 Sed infinita eiusmodi habet Lucianus.

* Vitar, auct. T. I. p. 376.

** Iliad. B. vers. 363.

*** Aias. p. 389. T. I.

XXIII.

Noster autem, quis quis etiam fuerit,
vt vtraque in re peccauerit, iam videamus.
Quis negabit, esse nimis ~~προτεράγωδος~~ illud
quod MARCILIO iam bitem mouit: *
Φῦ, Φῦ, Φῦ, Φῦ, Τύθλων σκεινῶ, οὐ, οὐ, οὐ,
τῶν δεινῶν βελευμάτων, οὐ, οὐ, οὐ, οὐ, οὐ, Τυνῶν
δλπίδων. Vix in comedie vel tragoeedia
ferimus haec talia, vbi tamen actoris gestu
efficitur, vt sint aliquantum tolerabiliora &
minus Φορητα. Sed bene tamen est, quod
cauet auctor, ne ab tam altissimo cothurno
statim desiliat. Triepho enim, apud quem
haec eructarat Critias, studet ingentissimo
mendacio, omnem hanc tragicam supelle-
ctilem longissime superare: his enim sin-
gultibus Critiam ipsas conuertisse nubes,
tantumque in Propontide excitasse borean-
dicit, vt onerariae naves funibus contra tra-
hendae sint. Apud nos mentiuntur in-
terdum homines vt trabes infleantur,
quod est in Germaniorum nostrorum pro-
verbio; Sed hic, ne caelum ipsum & marias
pertuerat, timor est. Vix Lucianus cum id
agit, vt mentiatur strenue, quemadmodum
in veras historias Libris duobus, talia profetere mon-
stra ausus est, vt hic bonus vir serio collo-
quentibus amicis tribuit. In Poetica facul-
tate, qua tamen mirifice placuisse sibi vide-
tur,

* p. 763. c. 4.

tur, quam parua operae pretia ficerit, ex his, quae iam, ut ordine percurrenti se se offherent, producam, credo, apparebit. Integra Homeri aut aliorum carmina vix inseruit centoni suo, praeterquam quae Lucianus, quem non tam imitandum, quam compilandum sibi sumsit, iam olim attulerat. * Illa igitur tantum videamus, quae ipse videtur ex ingenio procudisse. Mox ab initio, ** ne scio quid illud sibi velit: *Αλλ' επει σὲ περὶ τοῦ κιχανῶ τῷδε ἔνι χωρέω, απίστουμάν με κ.τ.λ.* Amicus veteranus alteri amico, a quo aliquantum absuisse, non constat, cum quo iam plura locutus est, dicit: *quoniam primum hoc loco te reperio, οὐδὲ illuc abeamus, οὐδὲ respire a malo meo possum.* Inter honoris verba, aulae imprimis incolarum, cum ad epulas aut commissationes perlicere aduenias volunt, haec talia esse scimus: Sed in hoc Philopatridis loco sunt prorsus, si quid video, *ἀπεργοσδιό-*
κευα. Deinde, si carmen esse debet, ut certe appetet, bis in metri leges peccatum est. Primum, cum posterior in *ἰπεῖ* contra diphthongi naturam, correpta est; Tum quando prima in *κιχανῶ*, breuis apud Homerum & optimos quosque, producta adhibetur. Non defuisse autem apud Graecos malos Poetas, qui vel in syllabis dime-

C 3

tien-

* Videndas passim nōne nobis.

** p. 766. c. 5.

tiendis impingerent, ne Germanis tantum
aut Polonis hanc laudem relictam putes, vel
ex nuptiali elegio miseri cuiusdam Poe-
tac, quod LVCIA NVS in *Lapibus** adfert, con-
stare satis superque possit. Quae enim IO-
ACHIMVS CAMERARIUS *onore in maig-
uali*, seu *errato*, praestantissimorum Poeta-
rum *παρεργάματα* collegit, ea ab hoc loco
prorsus sunt aliena. Putauit autem si ele-
gidion, quo de dixi, huc adscriberem; pro-
pter miram, qua scriptum est, seu a LUCI-
ANO per iocum, seu a Bauio quodam serio,
simplicitatem dicam, an ruditatem, non in-
delectatum inde lectorumabiturum. Ita
vero habet. Fauete linguis! οὐ φημί ἔτι,
οὐ φημί ἔτι.

Η οἵ πότ' ἄρε τῆς Αἰγαίωνέτα εὐ μεγάρεσι
δια κλιενθίς ἀναστέτρεψετ' σύδυκέως
Πρέχουσ πατούσιν αλλαν παρεγνυκάν,
κείστον τῆς κυθέρης, ηδ' ἀν θύς σελήνης.
Νυμφίς εὐ δέχαισε, καρπεῦν πράτησε ἐφί-
βων

κρέσσων Νηεῆ Θ., καὶ θέπιδ Θ. παιδός.

Ἄρμας δ' ἀνθ' ὑμῖν ἐπ' τὸν θαλαμηϊον ὕμνον,
Ζυνὸν ἐπ' αἱφοτέρεσι, πολλάκις ἀεισθ
μεθα.

Interpres fere nimium artis adhibuit, adeo-
que de malis Graecis versibus Latinos, non
bonos

* T. II. Opp. Luc. p. 651. seq.

bonos quidam, multo tamen, quamilli sunt,
tolerabiliores fecit :

Nuper Aristaeneti in aedibus vnica
summo

Nutrita est studio diua Cleanthis hera.
Virginibus cunctis reliquis praestantior
vna,

Vel potior Phoebe, vel potior venere.
Salue & tu iuuenum validissime, Sponse,
valentum,

Nereo prior, ac fortior Aeacida.
At rursum vobis hoc carmen saepius
olim

Commune ambobus coniugiale canam.

Meliorane autem sunt quae sequuntur
nostrī carmina. Iouem dicit συνευαχθ-
σθαι Aethiopibus, *

Ἄνδρεσσι μελανήερις, καὶ τὸ οὐρανόφω-
μέροις.

Euge septies peccatum in pedibus sex.
In ὄρκῳ ** primum hexameter positus est,
tum pauca prorsa oratione scripta, mox
Iambi sequuntur quinque, & senarius vnuſ,
nisi quod primus pes contra carminis legem
trochaeus est. Alibi, βιώσῃ καλῶς, inquit, ***

οὐδὲ σ' ἀκα θέμις πέλοσθετοιο κιχεῖη.

* p. 767. c. 6.

** p. 770. c. 10.

*** p. 773. c. 13.

Hic bis metri legos migrantur, & praeter ea, quid hoc θύμις sibi velit, non appareat si legas θύμια, & sensus concinnior paullum erit, & metrum hac parte constabit melius. Sed an ita voluerit auctor non dixerim.

Ille: * καὶ ἐπέρην μὴ κεύσῃ ὅτι Φρεστίν,
ἄλλο δὲ εἴπειν

semel tantum claudicat, & potest reponi, si tantum μὴ post κεύσην colloces. Septem pedibus incedit: **

Πνεύματον δέρει καὶ λόγχας καὶ λυκόλαφος
Φάε Γειφαλεῖας.

Qui hunc proxime antecedit

Ιάρατις ὁδόιας καὶ αἰδεῶν θυμολεόντεων
semel redundat, bis deficiens.

Claudat agmen deficiens tribus moris (ut ex veteri ratione loquar, qua longae Syllabae duo tempora s. χερίας, breui vnum scribuebant) ***

μῆνις πολυθρόνης ποσὶν μηδὲ παρέλθει.
Vbi si Poeticum πόδοσσιν communi substituas, metro erit consultum; sententia ut non sit inepta & παιπολόγος, non efficies. Quam taediosum illud sit, quod Poeticis vocabulis flexionibusque, omnibus fere paginis, etiamybi versus nos facit, vtitur Auctor, malo

* p.774. c. 15.

** p.777. c. 20.

*** p.779. c. 22.

malo ex ipsis lectione dialogi, notarumque nostrarum cognosci, quam eiusmodi quisquiliarum congerie hic naufragum lectribus; si qui fuerint, creari.

XXIII.

Copiosus mirum quantum est Lucianus, & varie unam rem, si saepius recurrat, effert. Hic noster autem, quanquam copiam aliquam affectat, & sub initium statim, tum alias etiam exergasit utitur; tamen quasi effusa semel omni supellestili, ex subinde inopiae redigitur, vt ad ea, quae inconsulte velut prodegerat, recurrere cum dedecore opus habeat. Ita illud ἀντιχάρτη τελεσθεῖν, intra versus non multos bis * ponit: ἀμπτευον τοῦ δεινοῦ ** vix aliquot iueneriis versibus repetit: ὡς καὶ Κιοβη τῷ πέδῳ *** & ὡς καὶ Γκαρρος τῷ πέδῳ **** parum inuicem distant: Διάτοργη βοῶν bis ***** occurrit: ὡς ἐάσωμδη Τύτου. ὡς ζασον ἀπαντα. ὡς ἐάσωμη Γαζ Φαττοίας. τύς ἢ λαιτός Δηρεν ἐάσωμδη, quinques * redire in tam paucis paginis, & in dialogo ad ostentationem, vt videtur, ἢ πτωρικῆς διαδύματος compósito, quis ferat? Creationis uniuersi historia bis, ** iis-

C 5 dem

* p.763. c.1. & p.765. c.3.

** p.765. c. 3.

*** p.764. c.2.

**** p.765. c.4.

***** p.767.

c.7. & 777. c.20.

* p.769. c.8. p.769. c.9.

p.773. c.13. p.778. c. 21. p.780. c. 23.

** p.771. c.11. p.773. c.14.

dem fere verbis, nulla cogente necessitate, narratur.

XXV.

Historia porro de Neptuno*, precibus lacrymisque, Martis in adulterio deprehensi liberationem impetrante, quam quaeſo impedita est, quam a Luciani facilitate aliena Martem enim indissolubilibus cum Venere vinculis coastricatum, reliquisque Diis propter adulterium prae pudore silentibus, equestris Neptunus liberavit. Quam illa deinde taedii plena & a muliercularum narrationibus non abhorrens repetitio: ἀπίκετο τὸ ΗΦΑῖτω λῦσα τὸ Δρεπα. τὸ τὸ μεταφίχωλον τὸ δαιμόνιον, σύγχρονον τὸ πεσθέντον θεόν, τὸ Δρη απλευθέρωσι. In illo ** τὸ τὸ χειρόμενον τὸ Γοργόνες, καὶ τὸ τὸ σίδη τὸ τὸ θεὰ Θηφέρε?); vox τὸν ad Γοργόνα vel τεΦαλίη erat referenda. Reliqua de Gorgone narratio ineptissima, ut in qua per quatuor versus αὐτῶν ſemel, τάυτων ter repetitur, & quae ſeparanda erant, pueriliter miſcentur. Quae illa quaeſo inſania eſt, quod Triephō introducitur iuriurandum *** exigens, de non nocitura ſibi Critiae narratione, & is tamen ſtatim post iuriurandum, **** eadem omnia vult experiri, quae in Critia viderat. Quid de illo exiſti-

* p.767. c.7. ** p.767. c.8. *** p.766. c.5.

**** p.774. c.15.

stimem * καὶ γὰρ τοῖς οἰκίστοις χαρακτερουμένης -- διδέποτες διέλαθε χ.τ.λ. dixi in notis, Statim sequitur; ** πάνυ εὖ λέγεις καὶ μη εἰλιτερός τὸ Νιόβης παθέν, νῷ πονεῖς vel simile est omissum. Parum etiam Atticum, hoc est Lucianeum, illud est, quod aliter quoties *** cum neutris pluralibus, non singulare verbum sed plurale construitur, Quae haecenū a nobis allata sunt, singula forte in optimae etiam notaे, optimi auctoris scripto posse occurrere, longiori praesertim, non nego: possim enim quam plurimis praestantissimorum hominum locis, vbi ipsorum humano errore, (neque vero librariorum semper a talibus culpa abest) aliquid peccatum manifesto deprehendatur, redargui. Illud vero nego, a castigissimi sermonis & subacti iudicij scriptore Luciano, dialogum inquinati adeo stili, iudicio autem aut nullo scriptum aut exiguo, potuisse proficiisci.

XXVI.

Difficili & horridiori de stilo disputatione defuncti, subiiciamus paullo amoeniorem nec elegantiae nihil, si quid iudico, habentem. Postquam enim hoc altero vniuersae disputationis capite primo ad argumenta illorum, qui Luciano tribuunt
Phi-

* p.773. c.14. ** p.774. c.15. *** e.g. p.775.
c.17. ter. p.777. c.20. ter. p.778. c.21. quater.

Philopatridem, ve potuit a nobis fieri, respondimus, deinde cur Luciani non videatur, generatim diximus, supereft, vt iuniorum Luciano auctorem arguamus, praepiusque ad nostram proponendam opinionem accedamus. Sed ad nouitatis amolendum inuidiam iuuat prius laudare virum summum, & in ea imprimis doctrina, quae temporum rationes explicat, versatissimum,

M E N R. P Q D W E L L V M. * qui, cum aucto-

rem

* Diff. de iure Laicorum sacerdotali, quae una cum Gratii diff. de coenae administratione vbi Pastores non sunt, & alijs huius argumenti Londini est A. 1685. excusa, p. 284. Sed dum haec impinuntur, deprehendo, virum doctissimum sententiam hac de re suam mutasse. In dissertatione enim de Isidoro Characeno, quae Geographia minoribus Hudsonianis To. 2. est adiecta S. Sc. p. 63, ait, A. C. 202, quo Seuerus Imperator persecutionem in Christianos Alexandriae (quorum allegat Spartianum in Seuero c. 17. qui tamen in itinere e Syria versus Alexandriam, non in ipsa vrbe illud factum dicit) decreuerit, huic persecutioni Philopatride scripto, quasi praelusisse Lucianum, praealias persecutioni καμψίδας memorante Teophilo Antiocheno (locum non indica Dodwellus, qui & meam quaerentis industriam effugit) In eadem vrbe Alexandria scriptum Philopatris, argumento esse Alexandrinij mensis noveri Meliori p. 776. c. 17. Quod autem Arabes p. 779. c. 22. hostibus acoensentur, id facere opinatur, nequis alias Princeps, praeter Seuerum, intelligi possit, cum nemo Romanorum Princ-

ei-

rem Philopatridis laudat, addit, quem ego Traianum longe recentierem fuisse existimo, & ipso fortasse Lucianum. Nec repugnat vir celeerrimus, & de Graecis literis totaque adeo elegantiori doctrina, non minus ac sacra, immortaliter meritus

cipum, a Traiano ad Severum, illam gentem aggressus sit. Mala Christianorum, finis mundi annies expectantium, de rep. Rothana auguria, quae perstringantur in Philopatride, persecutions caussam dedisse putat, hostibus Christiani nominis pro argumento infensi patriae animi ea habentibus. Sed praeter ea, quibus generatim probamus, Lucianum non esse auctorem huius dialogi, breuitet tantum Dodwell respondetinus, cum ptolemy esse per typographum non liceat, non necessarium esse ut Χρυσόδιας, quarum mezzinit Theophilus Antiochenus, ad hunc Philopatrin referantur. Forte locus, quem tamen, uti ante dixi, reperire nondum licuit, de cauillationibus ore prolatis potest intelligi. Et quot quaeſo eiusmodi scriptiones una cum auctoribus suis vel intra paucos annos interire potuerunt? De loco, vbi scriptus Philopatris, iam sunt certiora, ut equidem arbitror, proferam. Quod est de Arabibus, commodius s. 33. res transfigetur. Christianorum, cum scriberetur hic dialogus, quae ſpēs quique metus fuerint s. 34. & 35. explicabitur. Hic igitur plura addere, opus non est, nisi quod p. 779. c. 23. mendicitatem sibi tribuit Critias, sub cuius persona dubio procul latere auctor Dialogi voluit, quod quomodo in Lucianum Aegypti Procuratorem, qui se πολύτελανος μυστήριον accipere ait, Apol. pro mercede conductis p. 492. conueniat, viderit, qui Dodwell affeniti voluerit.

ritus GOTTFRIDVS OLEARIVS* cum
incertae ac dubiae aetatis, seculo tamen III. ad minta
mum scriptum esse Philopatrin dicit. Addere licet
Virum cl. MATVRINVM VEISSIERIVM
LA CRoze, qui demonstraturum se esse ali-
quando pollicitus est, ** ad Aurelianis Imper-
atoris tempora, adeoque dñi post Luciani aetatem, refe-
rendam esse eius dialogi scriptiōnem. Numquid e-
ius factum postea sit, non habeo dicere, ne-
que vero contra virum cel. disputare me-
um est, cum, quibus argumentis, quod pro-
misit effecturum se speret, iuxta cum igna-
rissimis sciam. Tantorum ducum velut au-
spiciis fretus, in prima acie paucorum mi-
litum imperator, qui singuli non ita mul-
tum valere, vniuersi rem haud infeliciter
gerere posse videntur, colloco argumen-
tum a loco, vbi haec fabula est acta, peti-
tum

* Diff. de Spiritus S. cum Patre Filio adoratione &
glorificat. contra Whistorum p. 27.

** Inspecimine obseruationum historicarum in Lu-
cianum, quod insertum est Miscellaneis Berolli-
nensi. nr. iv. p. 27. seq. Indicauit hoc nobis, pro-
insigni quo in has literas fertur amore, quem
saepius laudaui, satis laudare nec ego potero nec
forte alius, Io. Alb. Fabricius, in literis ad Virum iu-
uenem praestantissimum Herm. Sam. Reimarus, il-
lum, qui disputationis de Philopatride publicae
alteras partes laudabili conatu, successu, utomi-
nor, felici, imponi sibi passus est.

tum, quem Constantinopolim, Christianorum méγας οἶκον αἱ ἀνταν, vt ille ait,* tuisse, ita colligo: Sub initium dialogi haec Triephontis verba relata sunt: ** βαβαὶ τὸν αὐτὸν Φυσικαῖον, ὃς τὰς νεφέλας διέρρεψε. ζεφύρος τὸ διπλιπένεοντος λάθρου, καὶ τοῖς κύμασιν ἐπωζίζοντος, θορέων ἄρπι αὐτὰ τὸ περπόνιδα κακίνητας, ὃς δῆλος καλῶν αἰ οὐκαδές τὸ Εὔξεινον, πόντον διχλίσσει), τὸ κυμάτων ἀπτικυλινδόντων ἐπὶ τῷ Φυσικαῖον. Aguntur itaque haec in littore Propontidos: qui loquuntur a fronte hanc ipsam Propontidem & austrum, a tergo Euxinum Pontum & septentriones habent. Si enim spiritus vehementior ore erumpens boream in Propontide debet excitare, vt haec non ita se habeant, fieri non potest. Igitur ad Bosporum Thracicum res gesta est, seu angustias illas, quae Propontida ab Euxino Ponto dirimunt, verbo Constantinopoli. Non improbabilis autem coniectura est, hunc dialogum in ea scriptum vrbe esse, quae tum caput rerum & sedes esset imperii. Imperatori enim vicitoriā gratulatur auctor, quod maiori, credo, celebritate in vrbe quam in prouinciis solet fieri. Quid quod vrbis κατ' ξένια dictae aliquoties meminit, aura- ta item tečta commemorat, qualia ante Constantini profusum aedificandi & exornandi eam vrbum studium, Byzantii fuisse, mihi non sit verosimile, licet moenium robora

ra

ta apud DIONEM * & ZONARAM **
praedicari videam. Neque Aegyptii mē-
lis nomen, Mesori, ab hac me sententia po-
test dimouere, quate enim eo utatūt Au-
tor, satis puto, est in notis *** indicatum,
simulque summo Virō HENRICO DOD-
WELLIO, de quib⁹ modō diximus, responsū.
Si igitur in Constantini vrbe scriptus est
Philopattis, non potest non saltem Constanti-
ni aevo esse suppar, Luciano autem ses-
quiseculo ad minimum iunior.

XXVII.

Si corraderē omnia & congerete anhi-
mus esset, quae in hanc rem dici queant,
forte colore aliquo illud posset imbuī, ab
auctore dialogi imaginem Paulli Apostoli
in templo visam: iam imagines in templis
ante A. C. ccc. adhiberi non solitas, con-
sequens igitur esse, vt post id temptis scri-
ptus sit Philopattis. Sed iam supra ****
THEOPHILO RAYNAUDO ita respondi-
mus, vt hoc argumento nolle nos vti ap-
pareret. Illud forte maiorem speciem habet,
quod iam BARONIVS ***** templum seu
basilikam deprehendere sibi visus est in illis
dialogi verbis: * καὶ δὴ δικληρῷ στόπρεψε το
πύλας καὶ χαλκεὺς εὔδεσ, αἱ αβάθρας ἢ πλε-
γας περικυλωσίμους, ἐς χρυσέρφους σίχους οἰ-
νήλαρ-

* in Seuseo. ** To. iii. annal. sub init. *** ad
P.776.c.17. **** 57. ***** ad A.C. 57.
6. 101.

§ 19. x. r. A. Ac illum quidem non esse audiendum, iam BLONDELLVS * olim demonstrauit. Sed melius fortasse procedet, si inuertamus argumentum Baronii, atque ita dicamus: quia basilicae sumptuosae meminit auctor dialogi, tales autem basilicae Constantini demum aetate & post aedificari coeptae sunt, inde sequi, dialogum nostrum non ante Constantini tempora fuisse scriptum. Verum enim verone ita rationes putem, primo illud obstat, quod non usque adeo certum confessumque est, templa & basilicas maiores pretiosoresque ante Constantini imperium non extitisse: LACTANTIUS ** certe, hunc enim auctorem esse libelli de mortibus Persecutorum, vix dubitare quemquam hodie arbitror, meminit Ecclesiae, quam editissimam *** vocat, a Dioceletiano & Maximiano A. C. CCCIII. destructae, quae aliquot minimum annis ante, forte iam sub Alexandro Seuero fuerat condita. Deinde si certissimum etiam sit, post Constantini ad nosros accessum basilicas aedificari demum coeptas, nolim tamen ex hoc loco quidquam de aetate auctoris inferre, cum probabile non videatur, basilicam, quam ecclesiam aetas illa vocabat, intelligi velle Critiam. Atque ita ali-

D

quo-

* De Episcopis & Presbyt. l. c.

** de mortibus Persecut. c. xii.

*** s. g. ibid.

quoties nobis laudatus DAVID BLO^{NA}
 DELLVS * aduersus BARONIVM disputat, cum nibil occurrere ait praeter coenaculum in ipso
 priuatae domus fastigio confractum, affixo nullo crucis tia-
 zulo insigne, quoque vix per multiplices scalarum gyros
Critiae, manuducente alio, evadere licuerit. Adde,
 non reperisse Critiam concionem omnis ge-
 generis hominum, iuuenes, mulietes, viros,
 senes, sed ἄνδρας aliquot ἐπικενθότας ιδε
 πατωχειωμένος, qui obuiam procedentes
 sermones cum illo miscuerunt. Nec ex Per-
 surum nomine, quo vtitur noster, ** efficere
 quidquam conabor. Quanquam enim fa-
 tis constat, anno demum CCCCX. aut
 CCCCXVI. ut ANTONIO PAGI placet, ae-
 rae vulgaris, Artaxerxe duce, Persas pristi-
 num Imperii decus, adentum Parthis, qui
 plus CCCC annis illud tenuerant, recu-
 perasse, minus tamen hac parte sibi con-
 stare scriptores, & DODWELLVS monu-
 it, *** & infinitis auctorū locis comproba-
 tur. Meliora proinde caussae praesidia
 circumspicienda sentio, si quid efficere ve-
 lim. Quod enim primo loco positum est
 argumentum, quanquam non profecto con-
 temnendum, vix est ut, si solum destitua-
 tur, locum suum tueri possit.

XXVIII.

Suecenturiabo, igitur aliud, validum,
 opim-

* l. a. ** p. 779. c. 22. *** Diss. de Isidoro
 Characedo s. 4. p. 62.

opinor, & quod non ita facile loco se pelli patiatur. Scilicet his occurrit in Philopatride mentio τὸν εἰσιτοῦν. * Qui vero essent εἰσιτοῦ, quod illorum munus, in notis diētū est. Hic illud monere e re mea est, non occurrere antiquiore, quantum sedulo inquirenti reperire licuit, qui ea voce usus sit, vel ipsius adeo muneris mentionem fecerit, E V S E B I O ** Nico mediensi, qui originem, si fallor, expōsūt. Subieci ipsa verba, ne fucum facere lectoribus velle viderer: Επεὶ δὲ ἐπρεπε τὸν περίπολον κατέγνων τὸν γῆς πατρόπολον κατεμέρθοντο, Βεζαρῆσθαι αὐτὸν τὸν χώραν κατεπάνθησ. Παλιν κατατύχει θεομῷ σικασσώντος αὐδρας εἰσιτοῦντος κατεπεμπε, τοὺς τοις αγνοοῖσιν δενθέοις περίεξοντας. Apparet, si nihil aliunde adferatur, quod prohibeat, commode verba ε V S E B I I de prima huius muneris origine posse intelligi. Occasio mitendi Peraquatores indicatur, iustitia in ea re Constantini laudatur, quod non adeo magnam vim haberet, nisi ille primus id. beneficii tribuere oppressis instituisset. At loquitur, tanquam de hominibus olim notis E V S E B I V S. Reete illud quidem. Quo enim tempore haec scribebat, noti fuere. Ante Constantini aetatem potuerunt suis.

D 2 se

* p. 774. c. 15. & p. 775. c. 16.

** De vita Constantini L. IIII. c. 3.

se incogniti. Eusebium quasi agmine factō
deinde sequuntur GREGORIVS NAZIAN-
ZENVS, BASILIVS, Imperatorēs aliquot
in codice Theodosiano & Nouellis, & reli-
qui. Haec ipsa causa est, quod Lexicogra-
phi communiter hanc vocem omittunt, ad
glossaria scilicet lapſae Graecitatis eam re-
legantes. Ac ista quidem generaliter hic
monuisse sufficiat. Ita Galilaeos quod vo-
cat Tripho Christianos, aut recentioris
multum Luciano scriptoris, aut antiquissi-
mi indicium credimus: cum vero antiquis-
simum non esse, vel solus Artemidorus in
eo laudatus arguat, consequens est ut re-
centiorem dicamus. Sed & hanc disputa-
tionem commodius in eum locum differe-
mus, vbi nostra erit sententia proponenda,
& ut fieri poterit, confirmanda. Ad hanc
referre classem fere audeam, quod πολυ-
άρχολος μαθηταίη vocatur, insolito bonis
scriptoribus duplicandi seu componendi
genere, & nescio quid affectatae fucatae.
que dictionis sapiente, quae seculo IIII,
& deinceps paullatim in Graeciam a pri-
stino candore deflecentem irrepere coepit.
Συνωπὶς apud antiquos, quantum constare
mihi potuit, tantum de biga equorum vel
mularum adhibetur; apud nostrum in fi-
ne dialogi ὁ παλὴς Συνωπὶς de amicorum pa-
ri dicitur, quomodo etiam apud eum, qui
vitam Gregorii Nazianzeni scripsit Σηλωπὶς
Συνωπὶς de Gregorii & Basilii amicitia &
fae-

saepeius deinde apud sequiores dictum reperio. Sed quae cum de voce πολυάρχος, cum de hac dicta sunt, nolim profecto super illis cum quoquam contendere. Fieri enim facilime in tanta scriptorum Graecorum copia potest, quibus legendis vix aetas sufficeret, nedum memoria comprehendendis, ut egregie fallatur aliquis, imprimis si sit non familiarius quam quidem ego cum Graicis musis versatus. Arbitror autem, cum multa concurrunt ~~expresia~~, quae singula quidem possent oratione eleuari, quaedam etiam ratione reiici, hominis esse impudentis, omnia velle repellere, praesertim si quaedam illorum ad maiorem paullo probabilitatis gradum accedant, & nihil certosquin sit, quod sententiae, quae e hoc modo probatur, obuerti cum ratio ne possit.

XXVII II.

Igitur ve njo tandem ad ultimum eorum, quae dicere mihi propofueram, caput, idque in tota hac disputatione praecipuum! Dicendum enim est, si neque Lucianus sit auctor Philopatridos, neque aliquis antiquior, si denique post ipsius aetatem Luciani scriptus sit, quo igitur tempore nos putemus in lucem proditum. Evidem scio, nulla lege cogi, si quis sententiam aliquam oppugnet, meliorem ipse ut adferat: nec illud ignoror, facilius esse destruere aliena, quam sua afferere. Tamen cum senten-

tiam dicere in libera republica fraudi negoti esse debeat, & parata sit post tot summos viros, erranti iuueni venia, existinem autem, sic satis confirmari argumentis, quae proferam, a me posse; alacriter sententiam, quod bene vertat, exsequar. Igitur sub Juliani tā. cā d'Haic, vt vocant nostri, vel Apostatae imperio, & eo quidem tempore scriptum aio Philopatridem, cum primum nuncius de felici expeditionis Persicae successu Constantinopolin adferretur. Scriptum autem a gentili homine, forte Luciano, Sophista & ipso, Luciano certe more, qui Christianorum omnibus praedictionibusque explosionis Imperatori victoriam Persicam gratulatus; felices porro successus, victoriasque innumerabiles apprecepit. Haec iam sunt argumentis probanda, & confirmanda latius.

XXX.

Ante vero quam id agam, mea interest ut ingens caussae meae praeiudicium, quam fieri poterit breuiter & modesto, remoueam. Nimirum post exortas, vel reuocatas potius ex orco Photinianorum Arianorumque in Christum DEum, atque Spiritum S. blasphemias, cum audacter clament impii sacratissimae Trinitatis hostes, in Nicaena demum synodo, quidquid illius esset, esse confictum, certatim ab iis, qui recte hic sentiunt, locis veterum Ecclesiae

Do-

Doctorum, qui inde ab illius quasi incunabulis floruerent, productis, falsitas eius calumniae est demonstrata. Sed quicunque fere hoc egerunt, iidem prouocarunt etiam ad hunc nostrum Philopatrin, atque ex infensissimi ore hostis testimonium veritati processuerunt.* Vt reliquos taceam, qui vel paullo ab aetate nostra sunt remotiores, vel praecedentem tantum gregem secuti, patrum, quid dicerent, pensi habuere, quatuor summos viros, tres in hoc ipso arguimento egregie & data opera versatos, STEPHANVM LE MOYNIVM, ** GEORGIVM BULLVM *** & GOTTFRIDVM OLEARIVM, **** vnum autem, cum alium locum tractaret, ad hanc quaestionem delatum, qui sine obseruantiae in illum meae, gratique significacione animi a me nominari non debet, IOANNEM FRANCISCUM BYDDEVM, ***** quorum singulorum doctrinam ne admiratione quidem, nedum

D 4

vt

* Vbi iurare iubet Critiam Triphon per οὐαὶ μέδοντας θεὸν, μέγας ἀμβερτον, ξερνίων, υἱὸν πατέρος, ποιημα τὸν πατέρος ἐκ πρεσβύτερον, ἐν τῷ τρόπῳ, καὶ εἰς ἑτοῖς τρέψα.

** Notis ad Varia Sacra P. I. T. II. p. 186. seq.

*** Def. Fid. Nic. Sect. II. c. III. q. XI, **** Diff. de Spiritus S. adoratione & glorificatione s. xv. p. 27. seq. ***** De veritate religionis Christ. Philosophorum Gentil. obtrectationibus confirmata s. vii. p. 481. seq. Syntagma. Diff. Theol.

vt aemulatione , assecuturum me sperare possum. Tunc igitur , dicet fortasse aliquis , tot tantisque viris contra hiscere audebis , clauamque Anti-Trinitariorum intentatam cervicibus extorquere Herculibus illis conabere ? Ego vero quanti summorum viorum incomparabilem eruditio[n]em , vnius etiam immortalia in me beneficia faciam , malo tacite apud animum meum perpendere quam incompta oratione , alieno loco , explicare : illud tamen esset in summorum viorum , qui superstites hodie sunt , (& sint quae so quam diutissime !) humanitatem pariter atque modestiam , quae tanta est , quanti sunt ipsi , oppido iniurium , si putarem , dissentientem ferre illos non posse , si is quidem dissensus sui rationes allegare queat . Praesertim cum id caussae , quam agendam suscepere viri summi , ne hilum officiat . Tanta enim testimoniorum clarissimorum , seu verba seu rem ipsam consideremus , nubes ab illis est producta , vt sitne inter ea necne illud , quod ex Philopatride arcessi solet , parum aut nihil potius referat . Et vereor sane , ne aut illudens orthodoxis sociis , aut iusto DEi iudicio in eam mentem impulsus dixerit , * se nabit firmius & evidenter in tota antiquitate inuenisse , quo mysterium Trinitatis , prout hodie ab orthodoxis doceatur , probari & adstrui posset . Nihil attinet ad istum Socrini

* Apud le Moynium l.c. p. 387.

cini errorem redarguendum huic transcribere, quae Triumviri illi celeberrimi attulerunt. Illud tamen non possum quin hic dicam, satis constare, antiquissimos Christianorum per Deum Patrem, Filium & Spiritum S. iuriandum concipere solitos. Adfert L. M. MOYNIVS*. Clementis Romani (illum enim esse ἄρχαιον περὶ, probat vir doctissimus) tale iuriandum: οὐδὲς καὶ κύριος Ἰησὸς Χριστός, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἀγαλλιατικόν, κ. τ. λ. non enim id iam agimus. Potius de iis quae probare promisimus ** vidēamus.

XXXI.

Primum autem illud meminisse te, mi Lector, velim, supra *** probabile admodum factum a nobis esse, in Constantini urbe, quae iam tum ita vocaretur, scriptum esse Philopatridem. Nunc addendum hoc est, nunquam ausurum fuisse gentilem hominem, Christiano Imperatore, acerbè adeo Christianos, & scripturas diuinitus nobis traditas traducere, & deridiculo delectamentoque sibi habere, ac fecit huius dialogi auctor. Licet enim non vi atque suppliciis in gentiles, si quiete alias se gererent, animaduerterent sanctam nostram fidem amplexi Imperatores, **** vix tamen id

D 5 vi.

* l.c. p. 154. ex Basili M. libro de Spiritu S. c. 29.

** s. 29. *** s. 27. **** Vid.

L. 6. Cod. de paganis & sacrificiis.

videntur fuisse passuri, vt aperte quis illam
conuiciis proscinderet. Si enim capital
esse iusserunt Constantius, Theodosius,
Imperatores alii, si quis gentili ritu sacrifi-
caret, aut haruspicinam exerceret: * Si
capite puniendum censuere Theodosius &
Valentinianus, ** qui seruum seu ingenu-
um, inuitum seu suasione ex cultu Christi-
anae religionis in nefandaq[ue] se[nt]am ritu inue-
traduxisset; quid putemus illi factum, qui
apertam adeo contumeliam inferre Christi-
anis esset ausus. Relinquitur igitur, sub
Imperatore Constantinopolitano, qui idem
gentilis esset, venenum suum effusisse Phi-
lopatridos auctorem, sub quo scilicet non
impune solum id laturus erat, sed fauorem
etiam & forte dona meriturus. Alius au-
tem non occurrit, quam quidem Julianus,
qui Constantium in imperio exceptit, succes-
sorem ipse habuit Iouinianum. Hunc enim
quamvis e Christianis natus esset, & ita e-
ducatus, quin Anagnostae seu lectoris in
Ecclesia munere functus, ad aniles absur-
dissimasque gentilium superstitiones defo-
cisse, &, vt sunt omnes apostatae religionis
quam reliquerunt acerbissimi hostes, odio
Christianos interneccino prosecutum esse,
quanquam id subinde astu tegere cuperet,

n*e.*

* Vid. tit. Cod. de paginis.
** L. 5, Cod. de
Apostatis.

** L. 5, Cod. de

nemo tam in historia hospes est, quin planissime sciat, Hoc igitur imperatore & licentiam habuit, & proposita praemia impuratus nebulo, has nugas procudendi,

XXXII.

Deinde victoria de Persis, quae sub finem dialogi celebratur, & occasionem scribendo dedisse videtur, si in quem alium, in Julianum certe conuenit. Iam ab initio suscepit imperii magna vi expeditionem Persicam moliebatur, eosque ab initio successus fortunae habuit, qui ex initio esse digni. Si nihil aliud, magnum certe erat, desisse Romanum imperium vinci a Persis, & vincere posse iterum didicisse, postquam infelicitate adeo, ab eo qui ante imperauerat, Constantio, res aduersus crudelissimam gentem gesta erat. Placet EUTROPI * verba, quia sunt breuissima adscribere; Diuersa Constantii fortuna fuit. A Persis enim multa & gravis porcessus, saepo captis oppidis, obsecris urbibus, caesi exercitibus: nullumque ei contra Saporem profectum praelatum fuit: nisi quod apud Singaram, haud dubiam victoriam ferocia militum amisit. Post has clades utique contempnenda non erant, quae Julianus breui adeo tempore feliciter ges- sit. Facilis labor esset, sed nimium prolixitatis habens, parum autem, ad hanc quidem rem, utilitatis, ex AMMIANO MAR-

CEL.

* L. 1. c. 6.

CELLINO, * ZOSIMO, ** LIBANI
NIO **** & reliquis, quo apparatu, quas
res, quo tempore gesserit, explicare; qua-
re contenti iterum **EUTROPII** erimus
brevitate, qui **** Iulianus, inquit, ingenti ap-
paratu Parthis intulit bellum, cui expeditioni ego quoque
interfui. Aliquot oppida & castella Persarum in dedi-
cionem accepit, vel si oppugnauit. Assyriamque popula-
tus, castra apud Ctesiphontem statua aliquandiu ha-
buit: remeansque victor, dum se inconsultius praeliis in-
serit, hostili manu interfectus est. Sublatum igitur
Constantii cladibus Persarum supercilium,
Iuliani cecidit victoriis. Sed in proclivi et-
iam est illud probare, has ipsas Iuliani vi-
ctorias, mirifice, & hyperbolicas etiam ab
iis, qui Imperatori fauerent, esse celebratas.
Audiamus GREGORIUM NAZIANZEN-
VM, ***** qui, cum de expeditione Persica
sermo est, τὰ μὲν δὲ πεῖστα, inquit, τῆς
γύχερος αὐτῷ (Iuliano) καὶ λιαν γενικά, *
καὶ πολλοῖς τὸ ἔκπληκτον Φεγγυεύτων τεθέση-
μένα. Alio loco ** ita insultat epiniciis
& gratulationibus Iuliano dicitis, ut mihi
qui-

* L. xxii. xxv. ** L. iii. *** Orationibys
duabus in Iuliani necem habitis quae To. 2. viiiii.
& x. locum inter opera eius, vt sunt a Morello
edita, obtinent. it. de vita sua p. 44. seq. T. 2.

**** L. x. c. 8. ***** Oratione συλλ. II.
inter reliquas orationes iii. p. 114. edit Billii.
* De hac voce vid. Io. Andr. Bosius in exerc.
philol. ad i. Tim. ii, 22. p. 13. ** p. 123. ib.

quidem minime obscure ad hunc ipsum Philopatrin respexit videatur: πάς βασιλῶν οὐδεὶς θρυλοφόρον, καὶ οὐκέπει πᾶσαν εἶναι αὐτὸν, πάς δὲ οἱ τῇ χειρὶ κρατεῖμενοι πέρσαι καὶ μῆδαι; n. r. A. Babylonis interium spondet noster Cleolaus, cum inter alia hoc relinquere se dicit liberis suis, ὃς Ιδωτι βασιλῶνα οὐλυμπίου. Et ipsum etiam Julianum spe praecipisse Babylonis expugnationem, AMMIANVS MARCELLINVS auctor est, * apud quem ostendit, Babylonit nomine, humi se se p̄a dolore prouoluerat, Laetior Julianus exclamauit, plaudentibus proximitate Babylonis humi procidat. Alterum vero illud, πάς οἱ τῇ χειρὶ κρατεῖμενοι πέρσαι καὶ μῆδαι; manifeste cum illis Cleolai verbis conspirat: Πέπλωντες οὐρανὸς οὐ πάλαι βοῶμόν περιστῶν ... χειρὶ κρατεῖσθαι οὐδεποτέ τῷ περιττεῖ. Si quis vero nobis obliquit, nec Susam a Juliano occupatam, nec in Arabia quidquam rei gestum, nec Aegyptum perdomitam, illi iam est respondendum.

XXXIII.

Quin respondit iam bonam partem pro nobis Gregorius, verbis proxime a nobis adductis, quibus vanas hominum spes, & presumtas animis victorias ridet: imprimis autem id locum habere debet, cum ita loquitur Cleolaus, ut de futuris eum intelligere pro-

* L. xxiii. c. 3.

proaumi sit. Quis vero nescit, epinicia, panegyricos, & id genus scriptiones, ad adulatio-
nem compositas, plerumque, si non then-
dacionum, certe spei quam rerum gestarum
plus continere. De iis igitur, quae tanquam
futura spondet Cleolaus, GREGORIO ita
factum ab adulatoribus confirmante,
non erimus solicieti. Illud dubitatio-
nem habet, quod Susae, ut iam captae men-
tionem facere videtur, ad quam tamen Iu-
lianus non accessit. Ita enim ille: Πέμπτη
οὐφρύς οὐ πάλαι βουβόνια φέσιν, καὶ σχετικά
πίστει x. t. l. DAVID BLOD-
DELEVS,* cum eadem difficultate in appli-
cando ad Diui Marci victoriam hoc opinio
premetretur, ita se expedituit, ut simpliciter
per inani falsam Cleolaum Susat & Arabiae excidiunt,
Scythicarumque excursionum cessationem proponendi
diceret. De reliquis quidem & nos idem
putamus: sed de Susa aut rumorem fal-
sum tum Constantinopolim allatum, ut ho-
dientum fieri singulis fere diebus assolet, aut
imitatum illud esse Cleolaum, arbitramur,
quod vatibus, non falsis minus quam veris,
in more politum est, ut, quas res certo futu-
ras aut sciunt, aut imaginantur, eas tan-
quam factas atque praeteritas homi-
num oculis animisque repraesentent.
Quas spe prosecuti sint Julianum amici, LI-
BANIVS

* de Episcopis & Presbyteris p. 228.

BANIVS * indicat, cum DEos rogat, ve-
llint, iubeant, πατέρεσν σφαῖραν ἐν σκοτίᾳ
δειπνῆσαι περοῦν οὐροχόθυτον. ταῦτα δύχεσθαι
παλὸν, ταῦτα δύλ· γον περοδοχάν. Nec post
obitum Imperatoris, se aliosque ea spe fuisse,
fissimulat idem Sophista, eum alteram in
pœcem illius orationem. ** ita auspicatur:
ἔδει μὲν ὁ παρέγνως, αὐτῷ μὲν πάτερον ἔχω το καὶ
πάντες αὐτῷ φέροι, τὸ τέλον εἰληφέναι. καὶ τὸ
περοῦν αρχήν νῦν καταλελῦθαι. τὸ δὲ ἐκείνων
γῆς Ρωμαίους ἀρχοντας αὐτὶ Σατραπῶν ἐπι-
λεῖθαι νόμοις προτερεῖς. κ. τ. λ. & post multa
alia *** Ημεῖς μὲν ωμεθεὶς το περσῶν ἀ-
ποστολα μέρος Ρωμαίων εἴσοδος κ. τ. λ. Nec
parum ad rem nostram facit, quod idem L.
B A N I V S cum feliciter & strenue a Iuliano
no gesta retulisset, καὶ τότων, inquit ****,
πατεροῦ γυναικεῖς μὲν ὄδεις, τὸ δὲ τὸ ορθοῦτων ημεῖς
ηδονὴν ηδόμεθε, πιστύοντες, αὐτῇ καὶ ἐγίγνετο,
γενήσθαι. Si enim oratoris flosculos de-
mas, illud certe relinquitur, incertos
& sine auctore rumores, ex studiis,
ut sit hominum ortos, praecessisse
tantaे felicitatis nuncium. Quod enim
Antiochiae factum est, loco Persiae propi-
ori, quin aequae Constantinopoli sit factum,
nihil impedit. Quod vero Aegyptum
δελωμάθειον filiis relictum se sperat Tri-
pho,

* Orat. viii. quae est Panegyr. in Julian. p. 250.

To. 2. ** Tomi 2. x mam p. 260. *** p. 325;

D. **** De Vita sua p. 45, A.

pho, id mirum alicui videri queat, cum de Aegyptiis imperii Romani hostibus, vel rebellibus potius, in Iuliani historia nulla fiat mentionio. Sed in hoc ipso etiam praesidium caussae meae inuenisse mihi video. Scilicet Aegyptii, ab innata animis leuitate, ad seditiones & res nouas fuere semper quam maxime proclives * nec postquam Christiana inter eos religio inualuit, populares hoc vitium exuerunt, ut potius haec ipsa saepe turbarum maximarum & periculosis. simarum occasionem, innocens tamen ipsa per se, demta hominum malitia, praebuerit. ** Aetate Juliani, imprimis Alexandriae aliquoties ingentes turbae, caedes etiam & aedium expugnations, ex dissensione Arianorum & recte sentientium, sed recte non semper viuentium exortae, grauiter urbem illam & rempublicam concusserunt: de quibus nemo tacuit, qui de Historia Ecclesiastica illorum temporum scripto aliquid man-

* In sub seculi nt. finem Achilleo duce tota fera Aegyptus rebellauit, ab Imperatore Diocletiano ea caussa peruersata, vt testatur in Chronico Eusebius circa A. C. 295.

** Videnda quae de hoc Aegyptiorum ingenio diligissimus vir IAC. GOTTHOFREDVS ad Cod. Theod. L. 1. de defensoribus ciuit. L. 3. de his qui super relig. L. 14. de his qui plebem audire, denique L. 31. de his quorum appellations, magna industria & doctrina incomparabili congregatis, quae huc transcribere nihil attinet.

mandatum reliquit. Habentur etiam epistles aliquot imperatoris Juliani ad populum Alexandrinum, inter reliqua eius opera editae, quibus grauiter ea de causa illos obiurgat. Probabile igitur est, aut agitasse Julianum consilia, de compescenda atque opprimenda in perpetuum illa animorum ad seditiones procliuitate, aut Cleolaum certe optasse, graue adeo iugum imponi Aegyptiis, ut sub illius onere superbiae, ex qua oriri fere solent contumelias atque seditiones, obliuiscerentur. Quomodo autem quae de Aegypto hic dicuntur cum DODVELLI sententia conciliari queant, non video. LUCIANVS cum Aegypti procurationem sibi creditam refert* ut pacatae prouinciae meminit, eodem tempore quo ista scripsisse illum vulc DODVELLVS; & SPARTIANVS ** quo loco persecutionis aduersum Christianos decretae meminit, statim gratiae Imperatoriae aduersum Alexandrinos, Aegyptiorum fere primos, specimen adfert, ius ~~admodum~~
~~illis attributum.~~ Sed nondum a DODVELLO discedo. Putat enim vir doctissimus, quod Arabes inter hostes imperii Romani referuntur, clare satis indicare, Seuero impante scriptum Philopatrin, ut qui post Traianum solus Arabas bello petuerit. Et

E fateor

* Apol. pro Mercede cond. p. 491. sq. ** in Seuero a. 170.

fateor, vim haud exiguum huius argumenti futuram, nisi aliae rationes abiudicarent Luciano Philopatrin, atque Iuliani temporibus vindicarent. Quae cum ita sint, vicio verti nobis non potest, si ad spem Cleolai referamus, quae de Arabibus, inquieta gente & latrociniis infami, Cleolaus spondet: imprimis cum ἡ οἰκεψῆλης αἴνοισμά
τὸν εξ ΝΑΖΙΑΝΖΕΝΟ viderimus.*

XXXIII.

Adhuc igitur bene sibi constant omnia, vt feliciter ac strenue gesta, quae in Philopatride celebrantur, illa possint esse, quae Iulianus sub initium expeditionis Persicae perfecit. Videamus reliqua an sententiae nostrae faueant. Inducuntur Christiani male affecti erga Imperatorem, & vt interpretabitur auctor, ipsam patriam. Male ominantur reipublicae, ** μεταπλαγθῶν, aiunt, τὰ πέρι γυμαζέ, πρεσχαῖ τὸ πόλιν κατελήψον). τὰ σραζόπιδα ἥτεντα τὸ ἀντίκλων γενέσον): & aliud illorum dictum, tanquam nimis mali ominis reticet Critias. Haec minime profecto conueniunt in ea tempora, quibus oppressa adhuc gentilium multitudine gemebat ecclesia; (quidni enim liceat hic transiundo quasi confirmare quae supra dicta sunt) tunc enim gentiles quidem calamitates omnes, strages exercituum, terrae motus,

tus, famem, sterilitatem, inundationes, publica omnia mala Christianis imputabant: horum vero erat ostendere, nihil tum accidere quod non olim accidisset, quin nunquam fuisse felicius Romanum imperium, quam exorta & inualesceente Christiana religione. De Imperatoribus autem qui tum viuerent, non nisi maxima cum veneratione & faustis omnibus loquebantur, tantum aberat, ut aut imperii mutationem, aut exercituum clades, aut simile quid auderent praedicere. Atque de his nemo dubitat, nisi qui in antiquorum Ecclesiae Doctorum scriptis, apologeticis imprimis, plane sit hospes. Speciatim Seueri aetate, qua scriptum tamen vult Philopatrin H. DODVELLVS, ita se rem habuisse, e TERTULLIANI apologetico satis constat. Quod autem is quem modo laudaui DODVELLVS mala Christianorum, mundi finem in dies expectantium, de rep. Romana auguria occasio- nem persecutioni dedisse autumat, in eo ratio fugit virum doctissimum. Saltem in locis ab ipso adductis nihil est praesidii. EUSEBIUS enim * & HIERONYMVS, ** qui illum fere ad verbum expressit, de Iuda Chronographo diserte affirmant, cum Severianaे persecutionis atrocitate motum, in decimum illius annum AntiChristi ad-

E 2 ventum,

* Hist. Eccles. L. VI. c. 7. ** de Scriptor. Eccles. c. 52.

ventum, finemque mundi contulisse. Persecutionis igitur atrocitas, ut finem mundi imminere crederet Iudas, eum perrouit: non, ut DODVELLVS interpretatur, praedictio Christianorum de fine mundi, persecutioni occasionem * praebuit. Fit haec vel inde probabilis sententia quod de Nerone ** AntiChristo simile quid creditum olim fuerit. Iuliani autem aetate longe aliam rerum fuisse faciem constat. Sub Constantini M. ex cuius fratre natus est Apostata, imperio, alte caput Christiana res extulerat. Propensa, quin profusa huius Imperatoris in Episcopos voluntas atque benevolentia, tantum eis cum auctoritate conciliatierat supercilium, ut iam tum iniquitatis mysterium operari occulte in quibusdam occiperet. Luxuriari itaque iam & insolentitis efferti coepérant animi, ut mirum non sit, cum eiurato veri Numinis cultu, ad sacrilegam gentilium Deorum, Solis imprimis venerationem defecisset Iulianus, non defuisse inter Christianos, qui liberam vocem mittere auderent, infelicitatemque ipsi, tanquam homini impio,

* Veriorem persecutionis occasionem ex Tertulliano adfert Christianus Kortholtus de persecutionibus c. vi. s. 7. p. 260.

** Virtutem nimiram afferuari alienbi credebant ut AntiChristum aut ipse ageret sub finem mundi, aut eius saltē praecursor esset. quorsum videlicet Lactantius de Mortibus Persecutorum c. 2. & Augustinus de civitate Dei L. xx, c. 16.

pio, atque imperio eius portenderent. Et sane ingens caussa suberat, cur interitum eius optarent Christiani. Quid enim sperare aliud poterant a victore reduce, quam bonorum direptiones, infamiam, & corporis etiam cruciatus atque supplicia? quorum multa sunt in GREGORII NAZIANZENI orationibus Philippie aduersus Imperatorem Julianum, & alibi, quae facile a nobis, si id quidem nunc agere nus, possent adferri. Illud tamen monuisse liceat, gentiles etiam spe maioris aduersum Christianos licentiae post redditum Iuliani obtinendae fuisse crederes. Ita LIBANIVS* sperasse inter alia se dicit, τοῖς ἱερᾶς ὑποχωρήσιν τὰς Τάφους, quorum ea procul dubio sententia est, sperasse, ut eversis martyrum tumulis idolorum fana in eorum locum restituerentur.

XXXV.

Probatum est, tum veluisse Christianos tum potuisse paullo liberiū de Julianō loqui; locutos esse, iam est auctoritate idoneorum scriptorum confirmandum. Ut tamen perulgatum illud de Athanasio, quem, cum ab Julianō pulsus Episcopatu suo, & vrbe Alexandria excederet, dixisse ferunt; sedamus, amici, vobecula est cito transire. Item alterum illud de Paedagogo Antiocheni, qui interrogatus paucis ante Julianō

nī obitum diebus: ecquid ageret Fabri filius?
 (Christum putabat) capulum Juliano para-
 re. respondisse traditur. *Hoc vt taceam, lo-
 cuples historiae horum temporum auctōr
AMMIANVS MARCELLINVS ** haec
 habet; quae maximis moliminiibus festinari cernentes
 (loquitur de praeparatione expeditionis
 Persicae) obrecessatores desides & maligni, finis cer-
 paris permutatione tot cieri turbas intempestivas, indignum
 & pernicisum esse spreabant, studium omnes in differen-
 do procinetur ponentes; & dictabant his praeſentibus,
 quos audita referre ad imperatorem posse rebantur, cum
 nī sedatus ageret, immodica rerum secundarum prosperi-
 tate, velut luxuriantes liberteatē nimia fruges, bonis suis
 protinus occasurum. Quos obrecessatores desides & ma-
 lignos **AMMIANVS** gentilis homo vocat.
 Christianos eum intelligere, **VALENTVS**
 obſeruat ad hunc locum, & conſerri ſecun-
 dam **NAZIANZENI** Philippicam iubet,
 in qua diuera ſerbiſ, re habentur eadem.
 Idem **AMMIANVS** *** varia portenta
 atque omnia refert, quae a bello Julianum ad-
 uersus Persas retinere debuiffent. Cum vero
 eadem spreuerit, qui tamen alias ſuperſtioni-
 bus, vaticinijs, oraculis & eiusmodi nugis
 ad stuporem eſſent deditus, * videtur
 haud

* Theodorit. H. B. L. III, c. 18. C. 19, autem Juliano
 cuidam monacho Imperatoris caedes eadē
 qua contigit hora revelata eſſe narratur,

** L. XII, c. 12. *** L. XXIII, c. I, &c. 5.

• Vid. Ezechiel Spanheimius, miraculum ſeculi, in
 ſequenti p. 100. (gru-

haud absimile vero, suspicatum fuisse, Galilaeorum, ut ipse Christianos vocabat, fraudes ea sibi quasi terriculamenta obiici, ne viator reuersus grauius illorum ceruicibus incumberet. Quid quod LIBANIVS Christianos insidiarum in Juliani caput strucrum, tum caedis etiam ipsius insimulat. Qua in re ecquid veri insit, iam non disquirro, neque etiam absolute vera esse, quae in Philopatride de iis dicuntur omnia, crediderim. LIBANIVS igitur, cum * conspiratum saepe in caput Juliani dixisset, quaesiuissetque quid caussae subesset, quod mitissimus Princeps insidiis aliquoties esset petitus, ἐγὼ δὲ, subiicit, ταῦτα τὸν αὐτὸν καὶ τὴν μητρὸν τὸν ὀδυνηρὸν ἐμοὶ πέλευτο Φεόω. Deinde cum ad illum locum peruentum est, ** primo a suorum aliquo imperfectum esse arguit, quod nemo inter Persas fuerit, qui promissum praeconis voce praemium illi qui tantum facinus ausus esset, vindicare sibi voluerit: tum proprius auctores caedis designat *** (adscribam enim verba, si forte interpunctione commoda clariora possim, quam primum intuenti videntur, reddere,) οὐς γαρ οὐκ ἐλυστέλει ζῶν, (Ἐπειδὲ πότεν οἱ ζῶν-

E 4

m5,

eruditissima praefatione, quam operibus Apostatae a se editis & ex parte illustratis praemisit, fere circa medium, ubi luculenta tum Juliani ipsius, tum aliorum in hanc rem testimonia profert.

* or. x. p. 307. ** p. 323. seq. *** p. 324.

πεις & κατὰ τὸν νόμον;) πάλαι τοῦ ἐπεβέβλευσον,
καὶ τὸν διηγήσαντες εἰργάσαντο. οὐ τε ἀλλις αδι-
κίας αὐτοῖς αὐταγναζόντος, γινὲ ἔχθρος ἐπὶ τὸν
τε βασιλεὺς ἰδότοις, καὶ μαλιστὴ τοῦ τυμᾶς
τοὺς Ἰησούς, δι τὸν ἐναντίον ἑγενήτω. Eos igitur caedis-
reos facit, qui non viuebant secundum le-
ges, superstiosas scilicet & idololatricum
quidquam habentes, qui que Deos colia aegre
ferebant, verbo Christianos. Vix, qui haec
cum cura inspiciet, dubitatib, Christianos
peti in Philopatride eos, qui male Iuliano o-
minari fuerant ausi.

XXXVI.

Antequam ab iis argumentis discedamus,
quae ex publica rerum facie, qualis ea tum
erat, sunt depromta, duo iuuat paucis at-
tingere. Vnum est, laudari in Philopatride
laetas Romani res imperii, & felicitatem
temporum, cum interrogantibus Christianis,
quid ageretur in vrbe & in mundo? re-
spondet Critias: χαιρούσι τοῖς, καὶ ἔτη
χαρίσιαν. AMMIANVS autem MAR-
CELINEVS testatur, * dum Iulianus im-
perium teneret solus, nec motibus internis
esse conetur orbem Romanum, nec barba-
rorum quemquam exsiluisse fuisse. Alterum
autem hoc est, quod quae πορὴ τῶν ἑξιω-
τῶν, de Peraequatoribus, in Philopatride di-
cuntur, in Iuliani tempora & ipsa videntur
con-

* In XXXVI. c. 9.

conuenire. Sed quid probabile hac de re nobis videatur, diximus in notis ad obscurum in toto dialogo locum, * in quibus etiam quae de Cretensium virginum caede in Philopatride memorata, quam nec ipsam a Iuliani aetate abhorrente coniicimus, nostra sic sententia exposuimus. Pergamus igitur ad ea quae restant.

XXXVII.

Scilicet haud exiguum caussae meae & sententiae praesidium in eo colloco, quod auctor dialogi, cum clare adeo & perspicue Christianis illudat, ipso tamen hoc excellenter Christianorum nomine non vtitur, (quae enim hic obuerti potuissent, ita puto supra** esse profligata, ut quaestionem res amplius non habeat) sed Galilaeorum. Quae res vel sola si esset, probabilem aliqui sententiam, quam defendendam suscepit, redderet. Sed cum non desint, quae circa hanc appellationem moueri, nec sine doctissimum virorum suffragiis, possent, res vniuersa paullo est altius repetenda. Sub prima tei Christianae initia, qui sanctissimam Seruatois nostri disciplinam essent amplexi, *paganis* hoc est discipuli vocabantur; ab inimicis autem Galilaei itemque Nazareni, a patria dulium Christi vtrumque, illud etiam plerorumque Apostolorum. Appellatio.

E 1

latio.

lationis utriusque mentionem habent etiam libri sacri, Galilaeorum, Ioh. vii, 52. Μὴ καὶ σὺ ἐκ τῆς Γαλιλαίας εἶ. Nazarenorum autem Act. xxiiii, 5. ubi Paullus πέποστήν τε τῆς Ναζωραίων αἱρέσθως vocatur. Durasse haec nomina ad illud tempus, quo Christiani Antiochiae primū sunt vocati, testis praeter alios est SVIDAS: * οὐτον, ὅπερι κλαυδίᾳ Βασιλεύοντο μετανομάθησαν οἱ πάλαι λεγόμενοι Ναζηραῖοι καὶ Γαλιλαῖοι, χεριπανοί. Qui id videtur sumissile ex IOHANNĒ ANTIOCHENO MALALA, apud quēm ** eadem leguntur. Cum enim nominis Christianorum Antiochiae, Euodio Episcopalem sedem occupante, impositi mentionem iniecerit: πέπον γδ, addit, Ναζηραῖοι ἐκαλεῦντο, καὶ Γαλιλαῖοι ἐκαλεῦντο χεριπανοί. Post hoc tempus obsoleuisse Galilaeorum nomen videtur: cum nimirum & aliud esset, quo censerentur Christi discipuli, & prolatis extra Galilaeae, ac Palæstinae adeo fines religionis Christianae potueriis, ipsa appellandi cessaret ratio, nisi quis totum mundum in Galilaeam versum esse, voluisset dicere. Inde est quod nulla ab ea aetate Galilaeorum mentio occurrit, donec

* Voce Ναζηραῖον. ** In historia chronica, ut est Oxonii 1691, e codicibus Bodleianis cum interpret. & not. Edmundi Chilmeadi edita p. 318.

donec infelix apostata Julianus, Christianorum appellationem gloriosum aliquid in se continere videns, stupidae gentis nomen Christianis & attribuit ipse, & laeta lege ius sit attribui : quod quidem pertinaciter adeo ipse obseruat, ut vix credam Christi aut Christianorum nomen in iis, quae super sunt ab illo scripta, occurrere. GREGORIVS igitur NAZIANZENVS, * hunc enim solum ex innumeris fere aliis huc aduocasse sufficerit, κανονικοῖς, ait, ὁ Ιωάννες τοῦ Πέτρου σημεῖοι, Γαλιλαῖς αὖτις χεισταιῶν ὄνοματας Τε καὶ καλεῖσθε, νομοθετίσας, & paullo post nomen hoc vocat ὄνομα τὸ σὸν εἰωθότων. Hinc demum appareat vis argumenti nostri, ab hac appellatione desumpti. Qui enim auctor, cum manifeste de Christianis loquitur, hoc quidem augusto illorum nomine, quod ignorare non potuit, abstinet, vtitur autem illo Galilaeorum, quod cum diu euauisset, a Juliano reuocatum, post eum iterum obsoleuit, is sub Juliano scripsisse merito credendus est. Hinc, vt praeter viam quasi hac moneam, patere arbitror, quam recte vir doctissimus ** ANTO. PAGI reprehenderit BARONIVM, qui Canonem primum Concilii Apostolorum, si DIS placet, Antiocheni, eo nomine reiecerat, quod eo

* Orat. III, quae est inuestia i. in Julianum p. 81.

** In Crit. Anti-Baron. ad A. C. 56. n. 3.

eo decerniatur, ut credentes in Christum, quos ilius temporis homines vocabant Galilacos, Christiani vocarentur; cum tamen satis constet, id nominis a Juliano demum Christianis tributum. Quia in re consentientem sibi habet NATAREM ALEXANDRVM*. BARONIVM igitur refutaturus PAGI ad Philopatridis auctorem, quem Lucianum putat, prouocat, qui ante Juliani tempora Paullum Tar-sensem Galilaeum appellauerit. Nimirum falsus est BARONIVS, cum antiquissimis Ecclesiae temporibus Galilaeorum appellationem in visu fuisse negauit. Sed infeliciter cum, ex Philopatride, si recte illius a me aetas constituitur, ANTO. PAGI erroris redarguit. Id quod hic monuisse non praeter rem visum est,

XXXVIII.

Quae de Galilaeorum appellatione dicitur a me sunt, infirmari forte aliquis existimet eo posse, quod apud ARRIANVM ** Galilaei pro Christianis dicantur, & Tiberianus in literis ad Traianum Imperatorem fatigatum se Galilaeorum id est Christianorum caedibus scribat. Verba eius apud IOHANNEM ANTIOCHENVM MALARIAM *** ita habent ἀπόκταμον τιμωρέμαν Θεού Φανεύντας τὸ δόγματον τὴ λεζεμένων

XCI-

* Hist. Eccles. sec. I. diff. xx. p. 212.

** L. IIII, sermonium Epieleti c. 7.

*** In histeria chronica p. 396.

χριστανῶν, καὶ τὰ ὑμέτερα γεωπόνωμα τ.τ.λ.
 Sed nihil causae subesse puto, quia primo
 & proprio significatu vox posita censeatur,
 pro Ἰησοῦ qui Galilaeam regionem incolebant.
 Erat Tiberianus ιγεμονεύων τῷ πεδίῳ της
 Δαυΐδος ἐθνικός, id est, ut interpretor, Galil-
 aeorum. Hi enim si a septentrionali, hoc
 est superiori parte & Romanis etiam vici-
 niori incipias, primus Palaestinae gentis
 populus vocari merito possunt. Scribit
 igitur Tiberianus se ex Galilaeis, qui pro-
 vincia ipsi euenerant, occidisse τὸς τὴς δόγ-
 ματος τῆς λαζαρίνον χριστανῶν. Vnde etiam
 AVIDAS * cum huius epistolae meminit,
 Galilaeorum mentionem prorsus omittit.
 οὐδεποτέ πάγματι τῷ πεδίῳ πελαισίων
 ἐθνικός, αὐτήγαγεν αὐτῷ (Traiano) λέγων, ὡς
 οὐκ ἐπιφρενή λοιπὸν τὸς χριστανὸς Φούειν, δε-
 κεῖνον αὐτομάτως ἐπεσκευάζοντας τὴς κο-
 λάσιν. Ex his igitur probari non potest,
 post exortum Antiochiae Christianorum
 nomen Galilaeos vocari Christi sectatores
 consueuisse. Quod autem de ARRIANI
 loco est, nihilo plus illo effici arbitror. Cum
 enim in prooemio libri aperte fateatur, se
 Epicteti sermones non aut suo iudicio dis-
 posuisse, aut dictionis elegantia exornasse,
 sed simpliciter ex ore magistri commenta-
 ria sibi, ipsis forte verbis, quibus ille usus
 esset,

* In voce Βαιαρός.

esset, conscripsisse, (nimirum ut hodie fere solent in acroasisibus Doctorum discipuli) quae deinde se inscio in hominum manus peruerterint: hinc appetet fieri potuisse, & quidni factum dicamus? vt Epicetus, qui sub Neronе iam celebritatem erat aliquam consecutus, & vsque ad Diui Marci tempora superstes fuisse dicitur, * vel eo ipso tempore, quo de Galilaeis, qui simul Christiani essent, retulit ad Traianum Tiberianus, in eorum mentionem incidenterit, ** quae bona fide exceptit ARRIANVS, & ad posteros transmisit. Illud vero monuisse hoc in loco, quamquam non ad nostrum institutum pertinet, haud abs re tuerit, ita vulgo Epiceti verba accipi, ac si *marcas* quandam ac stuporem Christianis tribuat, in quo ego iniuriam fieri optimo seni arbitror. Dixerat, si quis ab insania aliqua aut furore ita esset affectus, vt perinde ipsi esset, habere uxorem ac liberos, aut non habere, & quod ad vitam, bonaque alia similiter existimaret; huic nullum fore tyrannum horribilem, sat.

* Merito hoc posterius in dubium vocante vito cal.
I. A. Fabricio Bibl. Gr. L. I. v. c. viii. p. 259. seq.
& ante illum H. Dodwelle diss. de aetate Peripli
maris Euxini s. 7. seqq. vbi prolixe demonstrat
ultra Hadriani annum xx. non vixisse.

** Sub Traanicerte imperio sermones illos ab Epiceto habitos, probant Fabric. l. c. & Dodwellus
l. c. s. 12.

cellites nullos, nullos gladios extimescendos. Iam subiungit : εἴτε ωδὴ μανίας μὲν δύνασθι τις ὅτῳ διαλεῖθηνα τέος ταῦτα, οὐδὲ
ωδὴ ἔθετοι Γαλιλαιοί, ωδὴ λόγων ἢ καὶ
δυσδεῖχες αἰδεῖς δύναται μαθεῖν κ. τ. λ. Itaque
maniacus profecto non tribuit Galilaeis, sed
ita dicit : si insania quibusdam caussa esse
potest, ut parui externa faciant, & nihil
timeant aduersi ; si porro Galilaei ex con-
suetudine (institutionem forte commodius
intelligemus) talia contemnunt : pudor
est, non posse ab ratione aliquem eo perdu-
ci &c. Sed id iam non agimus.

XXXVIII.

Iuliani igitur tempore scriptum esse
Philopatrin, credat fortasse nobis aliquis,
nisi ille adhuc superesset scrupulus, qui fa-
ctum, ut tam junioris Luciano auctoris
dialogus inter illius opera & censeri coepe-
rit, & diu adeo delituerit? Hic praeter ea
quae communia sunt, & de supposititiis qui-
busuis possunt dici, dictaque olim sunt ; &
huic satisfacere scrupulo, & praeterea valde
magnam sententiae nostrae verisimilitudi-
nem conciliare illud puto, quod Iuliani
tempore vixit, ipsique amicus Imperatori
fuit LUCIANVS SOPHISTA aliquis, ad
quem extat hodienum scripta a Iuliano epi-
stola, quae quoniam breuissima est, & ele-
gantiae omnis plenissima, non ingratum le-
ctori

ctori facturus videor, si totam adscribam.^{*}
 ΙΑΛΙΑΝΟΣ ΛΕΧΙΑΝΟΣ ουΦΙΣΤΗ. Γερφω Ε ανήνυ-
 χειν αξιώ τίσσων, ει δὲ αδικούσαντας οὐπολλάων,
 αιτηδικηθίαν δέουματ τό μοίσαι παθῶν. Quid si
 dixerimus, ab hoc scriptum esse Philopat-
 rin? nominis deinde similitudine dece-
 ptes librarios in unum cum Samosateni vo-
 lumen compegisse. Ad haec qui Philopat-
 rin cum iis quae Lucianus scripsit compa-
 rauerit, Lucianeum esse illum, id est Luciani
 imitatione scriptum, & e verbis fere Lucia-
 ni senioris illius compilatum, eoque nomi-
 ne commentariis illius immixtum merito,
 negare profecto vix sustinebit. Atque hoc
 est, de quo antequam finiamus, aliqua sūc
 dicenda.

XXX.

Nimirum, si quis notas nostras inspice-
 re voluerit, ille cognoscet, nullam fere esse
 extantiorē sententiam, ne phrasin quidem
 aut versum Homeri allegatum, quae non
 iisdem pene verbis in iis quae Lucianus
 edidit, reperiantur, id quod temere fieri non
 potuisse iam supra dictum est. Exempla
 huc ad scribere supersedeo, non est enim
 longus dialogus, & singulis fere paginis spe-
 cimina occurunt. Sed illud tantum hoc
 in loco ostendam, oeconomiam quam vo-
 cant, & dispositionem Philopatridis, cum
 illa,

* Epist. xxxii. p. 404. ed. Spanh.

illa, quae in Nigrino est a Luciano adhibita, ex aſſe conuenire. In vtroque dialogo illa est quaſi primaria hypothesis, vt narret amico amicus sermones a ſe auditos ἐνεργῶντας, in quōs forte fortuna & quaſi tranſeundo inciderit: In Nigrino quidem Philosophi Platonici, Sophistarum quorundam in Philopatride. Hi sermones deinde approbantur in Nigrino & laudantur ab eo qui primum illos audiit: in Philopatride autem irridentur & condennantur. Effe-
ctus utrinque idem est, inſignis animi, corporisque adeo mutatio, vehementior illa quidem in Philopatride, in Nigrino, pro ob-
iecti ſcilicet ratione, lenior. Iam occasio dialogi utriusque est occurſus fortuitus duorum veterum amicorum, quorum mi-
ratur alter ſubitam alterius immutationem. Tum per maximas ambages peruenitur tandem ad caput cauſae, in Nigrino moras neceſſente ipſo qui narrat, prooemiiſque al-
terum ingentibus fatigante: in nostro ar-
repta iuris iurandi mentione, a Critia, qui narrat, praefandi, Triephō praecipuos gen-
tilium DEos falſe perſtringit. Post narra-
tionem ſequitur in utroque dialogo effe-
ctus, qui in narrante primum fuerat, cum
eo cui narrat, communicatio, quae utrobi-
que adhibita de canis rabidi morsu ſimilitu-
dine explicatur. In Philopatridis fine de-
mum quaſi catastrophe quaedam adiicitur,

breuis illa quidem, sed quae caussa scriben-
di auctori extitit procul dubio. Poterant
haec amplius singula dilatari, sed metuo ne
tamen non satis intelligar, nisi quis vtraque
συγχειμηδια inter se componere sustinue-
rit. Satis igitur fuerit haec indicasse. Ha-
bes, Lector, sententiam de Philopatride no-
stram, in qua ita me versatum arbitror, ut
contumeliam facerem sciens nemini, au-
ctorem non laudarem, nisi quem oculis
ipse vlrupasssem meis, & omni studio, ne
quid ideo tantum placeret, quod nouum
esset, mihi cauerem. Si quid igitur erra-
tum sit, quod negare non ausim, at illud
confirmare possum, ex his quidem fon-
tibus non profluxisse.

CENS VI.



CENS

Cuvouſſe.

Quando & a quo scriptus sit Philopatris, tres sunt impr.
sententiae. §. 1. 2.

I. Quidam Luciano tribuunt,

1. quia is quasi sit in possessione,
2. argumentum ab ipsis genio non abhorreat,
3. rerum & verborum magna cum Lucianicis similitudo
deprehendatur, §. 3.
4. Victoria de Persis M. Antonini celebretur,
5. calamitatum publicarum, quae hoc imperatore
orbi incubuerint, mentio fiat. §. 4.

Huius sententiae aliquot Patroni. §. 5.

II. Quidam antiquiorem statuunt: & THEOD. quidem
MARCILIVS ad Neronis tempora refert: reliqui
ad Traiani, idque

1. quia Pauli discipulus quidam inducatur,
2. triumphus Traiani Parthicus celebretur. §. 6.

Refellitur sententia secunda, §. 7.

Speciatim MARCILIVS. §. 8.

BLONDELLVS non accurate refutauit hanc senten-
tiam, §. 9.

Contra quam fortissimum est argumentum

1. ARTEMIDORVS titatus, §. 10.
2. conuenientia cum Luciani scriptis. §. 11.

Expenditur sententia prima, §. 12.

(α) argumenta pro eadem infirmantur, np. I. II. & III.
§. 13. III. §. 14. V. §. 15.

(β) probatur generatim non esse Luciani,

1. ex maiori Christianismi peritia, quam est illa Lu-
ciani, ubi simul quaedam ad illius Proœa notan-
tur, & contra T.A. FABRVM disputatur. §. 16--20.
2. HETIVS, qui idem argumentum attulerat, lauda-
tur, sed sententia eius de Christi appellatione ex-
minatur. §. 21.

2. ex filii inceptis §. 22--25.

(γ) Probatur iuniorem esse Luciano auctorem:

1. quia Constantiopolis scripsisse videtur. §. 26.
ibi obiter etiam DODVELLI noua sententia perstringitur.
(quibus argumentis, & cur huius nolimus. §. 27.)
2. Ex vocibus Εξιστης, πολυάρχολος, & Ξυνωρίς.
§. 28.

III. Sententia nostra: Philopatris scriptus imperante Iuliano Apostata. §. 29.

(Prae iudicium caussae nostrae ab auctoritate summorum Theologorum remouetur. §. 30.)

1. quia sub Christiano Imperatore non habuisset auctoritatem insultandi Christianis licentiam. §. 31.
 2. Victoria Iuliani Persica congruit. §. 32. 33.
 3. Christiani Iuliano mala omnia praesagiebant, quod iis obicitur in Philop. §. 34-35.
 4. status reip. laetus,
 5. Εξιστας,
 6. Virginum caedes, conueniunt. §. 36.
 7. Christiani Vocantur Galilaei, appellatione Iuliani temporibus propria. §. 37. 38.
 8. Vixit tum aliquis Lucianus Sophista, a quo Philopatris potuit scribi. §. 39.
- Oeconomia Philopatridos componitur cum ea, quae est in Nigrino, & disputatio concluditur.

**Commodum lectoribus fore
putaui , si argumentum Philo-
patridis a Iacobo Micyllo adornatum hue
transferrem , cum quo comparari velim
§. 6. & 7. disert. nostrae.**

Lucianine sit *Dialogus* hic , an alterius cuius-
piam , dubitari potest . Nam quod ad argu-
mentum attinet , non abborret ab illius ingenio &
dicacitate . Pariter enim & genilium Deos , &
Christianum religionem , ut saepe alias , incessere
videtur . Phrasis autem , & tota adeo compo-
situs caeteris illius scriptis baudquam similis
est . Nam quorsum pertinet excursus iste , reli-
quo prope toto corpore longior ? / aut quid adeo
grande aut affectuosum sequitur , quod Tragico
isti exordio respondeat ? Sed de his doctiores su-
dident . Caeterum cuiuscunque scriptum hoc fuit ,
videtur is Traiano Caesari ob victoriam in ori-
ente partam potissimum gratulari voluisse , con-
tra eos qui per id tempus siue ipse urbi , siue alteri
alicui loco , (nam patriam * solum vocat) pe-
ricula & clades praesagiebant : quos ipse a prin-
cipio Sobistas appellat : ad finem tamen ita de-
scribit , ut propemodum Christianos intelligere vi-
deatur .

F 3

dea-

* Quin urbis *xat'* ἐξοχλù mentio fieri videtur
P. 777. n. 19.

deatur. Eo enim pertinet, quod in fine de Per-
fico supercilio, de Sufis, de tota Arabum regio-
ne meminit. Omnia enim illa a Traiano deuicta
in pop. Romani potestatem illis cum temporibus
redierat, ut apud Dionem & Eutropium, & cap-
teros, qui eius aetatis historiam scriperunt vide-
re est. Et hinc alterius tituli causa est, quo
Philopatris dialogus hic inscribitur. Quod au-
tem ad didascomenum pertinet, fingitur is, qui
patriae fortunae ac prosperitati tantopere studet,
tum ab eo quicum sermonem habet, de Deo vero
& religione recta informari: tum ab his, qui pa-
triae male ominabantur, eiusdem * institutio-
nis causa in communem coetum ac societatem in-
trodactus fuisset, unde & catechumenus in ipso
dialogo ** infra vocatur: quo nomine Chri-
stiani vocare soliti aliquando fuerer eos, quos pie-
tate & religione sua informare nuper coepissent.
Porro scribit in quadam epistola Ponticus Vi-
runius, *** Lucianum etiam Euangelium Ioan-
nis

* Hoc ex dialogo probari nequit: praedictionum
audieendarum causa in coetum eorum venisse ap-
paret. p. 776. c. 18.

** p. 773. c. 14. vbi nondum in Sophistarum con-
ciliabulo versatur.

*** Vixit Se. XV. extimo: Potuit memoriae vi-
tio aut iudicij Luciano tribuere Philopatrin: Po-
tuit etiam ad Protea eius auctoris respexisse, vbi
quaedam de fraterno Christianorum amore. Pro-
bable

nis insectatum alibi fuisse: quod si est, non im-
merito de hoc dialogo intelligi potest. Ita enim
hic de lucn, de verbo &c caeteris quibusdam me-
minit, ut ex principio Euangelii illius sumta vi-
deri queant. Nisi siquod aliud eius generis scri-
ptum ab hoc editum fuit, quod ad nostram aeta-
tem non peruenit. Quod autem ad versionem
attinet, quanquam fortassis referret huiusmodi
scripta, quae vel contemptum religionis aliquem
parere possent, vel alioqui impietatem praefe-
runt, omnino non verti, tamen quia argumento
operis seruendum fuit, rursus hic lectorem ora-
tum volo, ut si quid minus perspicue, aut aliter
quam debuit, conuersum deprehendat, veniam
hanc exemplari nostro det, quod in quibusdam
locis ita depravatum fuit, ut nescias, vitrum de
industria obscurata quaedam fuerint, an librario-
rum vicio alia corrupta aliqua omissa.

THEODORI MARCILII AN- NOTATIO IN EDIT. AMSTEL.

Non est badius Luciani, sed antiquioris ali-
cuius. Multa id arguunt, primum ineptiae sti-
li, cum aliae omnibus paginis, tum illae p. 765.
ΦùΦù &c. Deinde ratio temporis. Nam Sy-
rus

babile enim mihi non sit, quae Ponticus Viru-
nius Luciani legit, ea intercidisse; imprimis cum
prima editio quae Florentiae prodiit, iam A. C.
1496. lucem viderit.

rus noster Lucianus peruixit ad tempus belli Marcomanicus A. C. CLXXI. ut patet in Pseudomanes: at hic nebulo se baptizatum significat a D. Paulo, Paulus vero martyrii palmam accepit Imperatoris Neronis anno XIII. Falliturque Baronius Neronis anno XII. verba illa cuiuscum dialogi: Γαλιλαῖον ἀνταπαλαιότερον οὐ πέρινθον, εἰς τεττον ψευδὸν αἱρεψαντος δι' ὑδατοῦ ημᾶς αὐτούσιον, adscribens huic Luciano. Nam qui potuit Lucianus hic a Neronis anno XII. et Christi LXIII. ad annum Servatoris CLXXI. peruiuere, sine annis CIII. ? Atqui etiam post bellum Marcomanicum quin Lucianus aliqua commentarius sit, negari non potest. Saperdæ autem prorsus illi sunt qui propter ea, quae in extremo dialogo isto de Babylonis, Aegyptiis, Persis, Scythis verba fiunt, cuiuscum distortissimi foetus parentem ad tempora Imperatoris Traiani referunt, cum ea magis in Neronis aut etiam Claudii pertinere posse, quiuis facile lolio non vicitans peruidetur. Plane quidem, quiquis tam belli pueri pater est, Neronis Principatus cum suscepit.



ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΣ

Η

ΔΙΔΑΣΚΟΜΕΝΟΣ.

ARGVMENTUM PHILOPATRIDIS
EX NOSTRA SENTENTIA

TRIEPHON occurrit CRITIAE, (vtraque autem sunt Socraticorum philosophorum nomina) veteri amico, mirabilemque in eo mutationem miratur. Hic eiusmodi se portenta ex Christianis quibusdama, forte Clericis, audisse ait, quae ad furorem se pene adegerint. TRIEPHO narrari sibi rem cupit, sed, ne quid magicae incantationis subfit, veretur. Iusurandum igitur a CRITIA exigit de non nocendo sibi per carmen magicum. Hoc per Iouem iurare volente; TRIEPHO hunc reliquosque gentilium Deafros false ridet, hortaturque CRITIAM, ut ad veram, id est Christianam religionem se convertat, cuius elementa illi tradit. Persuaderá sibi patitur ista CRITIAS, & per sanctissimam Trinitatem, praeeunte TRIEPHONTE & concipiente, iurat. Narrationem deinde eorum, quae audisset, post longissimam illam excursionem, aggreditur; vaticiniaque quaedam de reip. conuersione ex Christianis auditae refert, illud vero, quod pessimi erat omnis, omittit penitus, ne vel ipsa auditione scilicet ilia rumpantur Triephonti. Interuenit tandem CLEOLAUS, nuncumque felicis aduersum Persas Iuliani successus adfert, quem gratulatione faustisque omnibus TRIEPHO & CRITIAS excipiunt.



ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΣ Η ΔΙΔΑΣΚΟΜΕΝΟΣ.

ΤΡΙΕΦΩΝ. ΚΡΙΤΙΑΣ. ΚΛΕΟΛΑΟΣ.

γ63. **Τ**ΡΙΕΦΩΝ. Τί τῶν ᾧ Κριτία, ὅλον σε.
c. i. αὐτοῦ ἡλοίωνας, καὶ τὰς ὁφρῦς κάτω
συνενένευκας, μύχιον δὲ * βιασοδομένεις,
ἄνω καὶ κάτω περιπολῶν, κερδαλεόφρονι
ἔσικας καὶ τὸν ποιητὴν εἰς ὁχεῖς ^{τέλος} 76
^{3 σεν}

* Βαθὺς σκέπη.

c. i. **T** R. I. Quid hoc rei est, Critia, totum
te mutasti. Superciliis deorsum con-
tractis profundas voluis sub pede ore cu-
ras, sursumque & deorsum vagatus ani-
mos sub vulpe latentes, ut est in Poëta, vi-
deris

1 Βιασοδομένειν quid sit, explicat Scholia ad mi-
nor Homeri ad Od. 19, 273. βιασοδομένων,
καὶ βαθὺς τὸ Διγνοίας βιλευόμενος, quasi
dicas in profundo aedificantem.

2 Homerum, Il. a. 149. ubi Scholia: κερδα-
λεόφρον, παντρυος τὸ Φερόημα. καὶ περικερ-
δῆ τὸν ἔχων, τεττέσι, κερδάγνειν Φερνῶν.
Sed ad Il. d. 339. eadem Scholia; κερδα-
λεόφρον, παντρυος, καὶ φιλοκερδέστω. Ήγεν,
ἀπα-

764. οἱ σὺν εἴλε παρειάς; μῆπτος τειμάρηνον
πεθέσαται, ἡς Εκάτης ἐξ ἀδεληλυθῆται,
ἡ καὶ τὰς θῶν δὲ σκόπονός τας συνήντηκας;
οὐδέ-

* Κέρβερον.

dēris circumferre, oraque pallor occupat.
Num Cerberum vidisti, aut Hecaten ex
inferis ascendentem, an consilio cum
Deorum aliquo vna fuisti? Neque enim
adeo

ἀπατηλὲ, δυλερὲ, ἀλωπεκώδης. κερδάλη γδ
ἀλωπηξ. & ad IL K. 44. Βελῆς κερδαλέης,
συνεπῆς, ὁ Φελίμος, ἢ πάντρυγος ὥσφε τὴν κερ-
δῶ, ἥγεν τὸ ἀλώπεκα. A vulpina igitur
astutia hoc nominis deductum est, quod
proinde non adeo inepte reddi videtur
Horatiana phrasē ex Arte Poetica vers. 437.

3 Homericā phrasē, quam in Ioue Tragoedo init.
etiam Lucianus adhibuit.

4 Horrendus Cerberi, tricipitis canis, adspe-
ctus, quem non velis tibi in tenebris occurrere
Senec. Δόπολ. p.m. 406. & cui per medium
nolis occurrere noestem. Iuuen.

5 Hecates, cum ex inferorum regione in ter-
ram nostram venatū egreditur, quam ter-
ribilis sit adspectus, & ad mentem sano et-
iam excutiendam comparatus, graphice
descripsit *Lucianus in Philopseude* p.341.sqq.

6 Mirum non est insolito aliquo viso turbatis,
cum ipsa mente, spiritibus animalibus,
corpus etiam ad languorem dari, totum-
que

ουδέπω γάρ σὲ τοιαῦτα εἰκὸς παρέειν, εἰ οὐδὲ
ἀυτὸν πίκησός εἰς οἴματα τὰ κόσμον κλυσθῆνατ,
ῶσπερ ὅππι τῷ Δευκαλίωνθ. Σοὶ λέγω,
ὦ καλὴ τῇ Κριτίᾳ, οὐκ αἰτεῖς ἐμὸς ἀποβοώ-
μέ-

adeo te affici par, puto, erat, si vel mundum,
ut quondam sub Deucalione, elu-
vie totum peritum audiuiſſes. Te-
cum loquor, o pulcer Critia, non au-
dis-

que eius immutari habitum ; cuius rei
nec in sacris nulla sunt vestigia. Vide mi-
hi *Dan.* VIII, 27. *Iud.* XIII, 22. *Athenagoras*
in Legacione pro Christianis c. xv. p. 63. ed.
Oxon. Dechair. ex *Homero* Iλ. T, 131. χαλε-
ποὶ δὲ θεοὶ, inquit, Φαίνεσθαι ἔναργεις. Cae-
terum inconcinne *Ablancurtius* con-
iungit θεῷ τὰ προνοίας & deinde vertit,
Deo alicui *Proudentiae* ; quasi rideret.
Triephō *Proudentiam*, quam tamen im-
fra adstruit. *Micyllus* : *ex prouidentia*
quadam occurriti. Obscure. Sed inde
manauit forte *Ablancurtii* versio.

7 Περὶ Φωνῶν hanc, utut Latinis paullo vi-
deatur insolentior, non putauit refugien-
dam ; Scilicet ipsum secutus *Ciceronem*,
qui, cum ex Graeco vertendum esset, προ-
πίνω τῷ καλῷ Κριτίᾳ, dixit, *Tuscul.* I, c. 40.
propino hoc pulcro Critiae. quanquam nec il-
lud ignoro, Critiam illum Socraticum a
corporis pulcritudine celebrari.

μῆβος Τὸν πολλὰ, καὶ ἐσθραχυ γειτνιάσταν-
τῷ; 8 δυζεργίνεις καθ' ημῶν, η ἔκκε-
κάφωσα, η καὶ τὸ χειρὸς παλαιστούντα
όπιρψες;

C.II. KRITIAS. Οὐ τελεφῶν, μέγαν τινά, καὶ
η περημέρον λόγον ἀκήκοα, καὶ πολλαῖς
οδοῖς η διενειλημέρον· καὶ ἐπιο ἀνα-
τεμ-

dis multum tibi inclamantem, & prope
iam Te consistentem? Irasne aliquas
aduersum nos géris? obmutuisti? an ex-
pectas dum iniecta te manu impellam?

C.II. CRIT. οἱ μὲν Tripho! audiuī orationem
magnam atque difficilem, & multis im-
plexam implicitamque nodis: Iamque
me-

8 Lucianus in votis siue naui, p.495. η δυζερά-
γίνεις καθ' ημῶν, η ἔκκεκάφω).

9 Interpres: rem multis viis tractatam, quae
interpretatio vera forte esset, si scriptum
esset διενειλημέρον. Iam vero, διενειλημέ-
ρον est a ἐλλαμβάνω, quæ quidem vox, ut
aliae multae, (Lucianicarum catalogum
texuit vir Cl. Ienssii in Lectionibus Lucian.
L.III. c.1. p.309. sq. vbi habet quidem hanc
nostram, sed interpretationem non adi-
cit.) omissa est; ab iis, qui Lexica compila-
runt. Idem tamen, quid sit ἐλλαμβάνε-
θαι, tradunt ex Dioscoride, nimirum am-
plecti, circumpletecti, cum de capreolis vi-
tium, vel claviculis sermo est, quarum
illæ

πεμπάζω τὰς ὑθλὰς, καὶ τὰς αἰκοσιάς διστο-
Φρεσίνω, μήπεχ ἐπι αἰκόσιαμι ταῦτα, καὶ
* διστύψεω σκυμανεῖς, καὶ μῆδος τοῖς ποι-
ηταῖς θύμησιμη, ὡς καὶ II Νιόβη τὸ πέπιν.
ἄλλα καὶ οὐρημὸν ὠθεγμην αὐτὴν κεφα-
λῆς οὐ σκοτοδινήσας, εἰ μὴ ἐπέκρεψες μοι,
ὡς ταῦ, καὶ τὸ τοῦ Κλεομβρέττου πίδημα δι-
δύμβρεψκιώττου ἐμυθέσῃ ἐπ' ἐμοί.

TPIE-

* Δύστυψμα, Σπρενθύσμα.

mecum retracto nugas, & aures obturo,
ne si forte iterum illae audiendae sint,
dirigeam prae furore, ut illa olim Nio-
be, & fabula Poëtis fiam. Sed profecto,
nisi tu mihi iam inclamasses, de praeci-
piti loco in caput vertigo me impulisset,
& Cleombroti de me saltus, Ambra-
cioten illum dico, narrari quam scitissi-
me

illae arcto complexu, ad palos arboresque
se se applicant. Erit igitur *διενειλημμένος*
λόγος, intricatus, implexus, difficilis.

10 *Lucianus in Gallo* p. 163. *ἀναπεμπάζῃ τὸ οὔτειρον*.

11 *Niobes* fatum describitur *Iλ. ο. 602.* sqq.

12 *Lucianus in Philopseude* p. 343. ὡς μὴ σκοτι-
νάσας ἐμπίσσιμης ὅπει κεφαλήν.

13 Notissimum est *Callimachi* in eum Epigramma, sed nimis pulcrum ut non hic ad-
scribatur. Est autem in *antholog. Graeca*
edit, H. Steph, vltimum L. III.

ΕΙΓΑΣ

ΤΡΙΕΦΩΝ. Ηεράλεις τὸ θαυμασίων ἐ-
κείνων Φασμάτων, ὃ αποσμάτων, ἀπέρ,
Κερτίαν ἔξεπληξαν πόσοι γδ̄ ιδ̄ ἐμβερύ-
ττοι ποιηταὶ, καὶ περιπολογίαι Φιλοσοφῶν,
οὐκ ἔξεπληξαν σχετικά διάνοιας, αἰλαλῆρος
γένεται γέγονεν ὅπερι σοί.

C. III. ΚΡΙΤΙΑΣ. Πέπαυσθεῖς μηρῷ, καὶ μη-
κέτι παρενοχλήσῃς, ὡς Τριεφῶν, γδ̄ ιδ̄ ις

πα-

me potuisset. TRIEPhO. Mirabilia
Hercle visa vel audita, quae quidem
Critian adeo potuere percēllere: Quot
enim attoniti poëtae, quot Philosopho-
rum portentosi sermones, tantum abest
ut tuam dimouere mentem potuerint,
ut potius merae nugae fuerint. CRIT.
C. III Quiesce paullum Triepho, & noli mo-
lestus esse amplius. Neque enim a me
in-

Εἴπας ἥλιε χάρε, κλεόμβροτος Αἰμβροσκιώτης.
Ἵλατ' ἀφ' υψίστη τείχεῳ εἰς ἄλαδε,
Ἄξιον γδὲν οἶων θαύματα καπον, αἷλα πλά-
των.

Ἐν τῷ τὸ ψυχῆς χράμμι αναλιξάμμῳ.
14 ἐμβερύθται Poëtas etiam Lucianus vocat
Timonis initio.

15 Solebant ita fere loqui, cum aliquid aut
narrari ostendive sibi cuperent, aut ipsi
narrare aggrederentur. Prioris generis
exemplum est apud Lucianum in Scytha
p. 394. ubi Anacharsis ad Toxarin: μὴ

παρεπήσει ἀμελητὸς γενίσῃ περ ἐμοῦ.
ΤΡΙΧ-
-insuper habendus es, aut negligendus.

TRI.

περιόντος αἰδεῖτο δύταιναντεῖ Φούσα, Νε-
-κυομαντία p. 339. αλλ' εἴπε καὶ μὴ τεχνίδης
μῆ κ. τ. λ. Contempl. p. 342. τεχνίοψες διν με
χ. τ. λ. & Icaromenippο. p. 133. μὴ δὲ περὶ
